signat angelus qui coopertus stola alba apparuit. Ecce
tia describit. Secundo fuit a xpo immediate edoctus. Ebre. 1. Multi-
pharie multisque modis olim deus locutus patribus in prophetis nouissime
diebus istis locutus est nobis in filio Et io matheus scripsit de visu
cum enim Ewangeliste fuerint xpi testes. et testimonium aliquorum fedatur de visu
aliquorum de auditu Ideo xpc voluit habere duos testes de visu scilicet
Math. et Joh. et duos de auditu s. Marcum et Lucam Et qz testimonium
quod est de visu est firmius quam de auditu Ideo illa duo que sunt de visu
in ordine ewangeliorum posita sunt extrema Alia vero duo que sunt
de auditu inter extrema ut ipsa tamquam infirmiora ab ipsis tamquam
firmioribus fulciantur. 3o fuit a virgine in specialem familiaritatem as-
sumptus. fuit enim notarius eius genealogiam ipsius describens. fuit et
secretarius quia ea in Ewangelio posuit que non nisi a virgine scire
potuit. sicut de eo quod Joseph eam dimittere voluit. et quod angelus
Joseph apparuit. et quod in Egiptum fugit et quod puer a magis
adoratus fuit. Ista enim et similia non nisi a virgine scire potuit
fuit et cubicularius suus qz eius cubiculum immaculatum esse docuit
dicit capitulo 1. Antequam convenirent et non cognouit eam donec peperit
filium suum primogenitum. Secundo fuit valde preciosum ratione sui Ewangelii
qz eius Ewangelium fuit valde sublime et preciosum quod patet quadruplici

ex causa s. quia fuit Primo qz fuit a Marco abreuiatum Johannes
a Marco abreuiatum | enim non habuit abreuiatorem qz erat de xpi di-
lingua hebraica scriptum | uinitate. que abreuiari non potuit iuxta illud
a Barnaba repertum et probatum | Si celum et celi celorum te capere non possunt
ab ecclesia autenticatum | quanto magis domus hec quam edificaui tibi.
Lucas non habuit. Matheus quidem dicitur scripsisse incarnationem domini secundum
stirpem regiam. Lucas vero secundum sacerdotalem et ideo non habuit abre-
uiatorem Lucas. Marcus sequitur Matheum qz regis est non esse sine comitatu

obsequio sacerdos aut scta scorum solus intrat secunda vero quia ebraica lin-
gwa fuit scriptum erat enim levita et hebreus et ideo ebraice scripsit
inde in latinum Et ewangelium quod ipse propriis manibus scripsit anno domini
quadragesimo cum ossibus beati barnabe repertum est quia quidam beatus bar-
nabas ewangelium secum ferebat et super egros illud ponens tam fide barnabe
quam meritis beati mathei continuo sanabantur Matheus vero dedit ewangelium
Aquilegie anno domini quadragesimo nono Alii autem ewangeliste contra
lingwa sua scripserunt Cronica de hoc dicit in precedenti sermone dixi
Tercia vero quia fuit a barnaba approbatum reverenter quia ipsum ewangelium secum
portabat ut supra dixi Quarta vero quia ab ecclesia est autenticatum quia
frequencius omnibus aliis in ecclesia cantatur Et nota quod ecclesia frequenter cantat
ewangelium mathei epistolas pauli psalmos david et huius ratio est vel prima
quia omne peccatum aut committitur ex infirmitate humana a quo peccavit
matheus per vanas curas et lucris augendi abhundancia procedit infirmitate
aut ex ignorancia hoc modo peccavit paulus quando dicit 1 thi. 1 prius
fui blasfemus et persecutor et contumeliosus sed misericordiam consecutus
sum quia ignorans feci in incredulitate aut ex certa malicia hoc
peccato peccavit david quia adulterium commisit et adulterum perimit
ut ergo ostendatur quod nullus debet desperare de venie sive peccet ex in-
firmitate sive ex ignorancia sive ex certa sciencia ideo dicta horum sci-
tam frequenter in ecclesia cantantur Secunda vero quia omne peccatum aut est in deum
sicut peccatum perfidie quo peccavit paulus unde dixit ei dominus act ixo
saule saule quid me persequeris aut in proximum sicut homicidium et
peccavit david fidelem militem interficiendo aut in semetipsum
sicut avaricia et cupiditas rerum Nam talis secundum hoc prima causa spi-
nam Eccl. v Cunctis diebus vite sue comedet in tenebris
et in curis multis et in erumpna atque tristicia hoc peccato peccavit
Matheus quia immoderate avaricie deditus fuit Ex hoc ergo osten-
ditur quod nullus debet desperare de venia dei sive peccet in deum sive in proximum
sive in semetipsum quia verba istorum tam frequenter loquntur et legun-
tur qui taliter peccaverunt tamen in eis sic gracia divina abundavit
quia sevissimum persecutorem fecit fidelissimum predicatorem Adulterum
et homicidam fecit prophetam et psalmistam lucri inspiratorem fecit apostolum
Ewangelistam et vicem ita quod in nullo alio iste tres prerogative i-
veniuntur Petrus quidem fuit apostolus et martir sed non fuit ewangelista
Johannes fuit apostolus et ewangelista sed non fuit martir quia sanguinem
suum non fudit sed in pace ~~comedit~~ quievit Stephanus fuit martir
sed non apostolus nec ewangelista Matheus autem fuit apostolus tercio quia est
iudex mundi non summa sedendo sed vel iudicii assistendo Prov. xxxi
nobilis in portis vir eius quando sederit cum senatoribus terre vel iudicii
summa ascribendo proximus ut faciat in eis iudicium conscriptum vel summa
iudicis commendando Apoc. xix laus gloria et virtus deo nostro quia vera
et iusta iudicia eius sunt vel malos ex vite sue malo condem-
nando Prov. xiiiio Iacebunt mali ante bonos et impii ante portas
iustorum ffuit etiam ewangelista et quantum ad hoc fuit notarius Christi Unde
illud Math. xiiio omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini
patrifamilias qui profert de thesauro suo nova et vetera Iste enim scriba
in suo ewangelio posuit nova scilicet Christi salubria documenta ut sunt illa
Math. v Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum Magna novitas
quod pauperes et lugentes ad persecutionem patientes beatificantur
posuit et vetera scilicet petrum veterum propheciarum testimonia ut est illud
Math. 1 hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est per
prophetam dicentem qui nazareus vocabitur posuit et vetustissima
scilicet ea que ab ipsa mundi creatione et cordis tempore fuerunt scripta
Math. xxv Venite benedicti ad vitam mundi precia mandatum Nova ergo et vetera

stissima . que semper perseverat quia Christi documenta et dei mandata semper
durant. Verba autem abierunt quia iam fidelibus non sunt necessaria prophetarum
testimonia . per quem est eius exhibita experientia ut dicit de pur. po. par. c. i.
fuit et martir dei Apoc. ii° In diebus illis antiphas testis meus fidelis
qui occisus est apud vos. Matheus autem non tantum fuit in ore ea fluet
predicando nec tantum opere eam operibus comprobando sed et testificatus est san-
guine proprio pro ipsa moriendo siquidem illud Eccl. iiii° pro iusticia agonisare
pro anima tua et usque ad mortem certa pro iusticia quia sic
iudicis etiam obtinebis

Secundus decor

Vidit iesus hominem sedentem et ait illi sequere me
et surgens secutus est eum Math. ix. Ex quibus
verbis ad honorem sancti Mathei ex eius sumpte
noto tria scilicet — primo ab
abusu stulte insolentie in Matheo — usu stulte
Respectu mire efficatie in Christo — insol. in
affectu summe iustitie in iesu. Matheus qui
fuit insertus quia dicit de se ipso vidit ihesus hominem
sedentem in theoloneo Matheum nomine . id est domo
in qua vectigalia congregabantur . tamquam totus
avarus inhians secularibus lucris Erat ergo
eo tempore absque infectus cupiditate et exactione
illaqueatus fuit quia totus sepultus in terrenis et
in terra dici sic potuit dicere Mich. vii° Cum
sedeo in tenebris dominus lux mea est . quia
erat unus de illis quibus deus loquitur in Psalmo dicit Surgite postquam sederitis
qui manducatis panem doloris isti sunt cupidi et avari Nam
panem quem alios laborat a quibus ipsum vel eius precium rapiunt delica-
te consumunt . Contra quorum tunc unus fuit Matheus exactor quibus si-
mulos pauperibus spolians Secundo respectu mire efficatie quia fuit
sanatus . quia vidit iesus . Vidit enim eum non solo oculo corporis sed et
mentis non solo speculative sed et practice et effective . Vidit enim
oculo mentis et sanavit infirmitates mentis sue . nec mirum si respectus
Christi est sanatiuus . sicut enim basiliscus solo visu inficit . sic hic
e contra . non mirum si respectus Christi tante sit efficatie ut sa-
net hominem ab infirmitate mentis . Luc. xxii° Respexit dominus Petrum . sic
et Matheum visu suo sanat . i Paralip. xxi Vidit dominus et misertus est
super magnitudine mali . Magna ergo est virtus istius visionis . Tertio Cristi
Cristus Matheum non desistente a periculoso officio ex medijs eruit
malis . sicut Paulum adhuc insanientem in mirabili modo operatus est ex
in Matheo et Paulo . quorum primus erat avarus . alter superbus . et cru-
persecutor . Nam iste fuit Theolonarius temporalium quia exactor vectigalium
fisci et tributi mammone et postea spiritualis Theolonarius exactor tributi
domini officij . quia predicando . et scribendo congregando exigebat ab hominibus
quatuor que deo debentur de quibus . orationes et contemplationes de corpore ma-
ceraciones et afflictiones de bonis temporalibus elemosinarum largitiones
de tempore timorem et suspiriones ut patet quibus hora est suspe-
cta pro morte . De Rom. xiii° Reddite omnibus debita cui tributum tributum
cui vectigal vectigal cui honorem honorem . cui timorem timorem
pro hoc enim multum deus honoratur . et que facit deus iste apostolus . iste et ca-
nos facit . et licet sua virtute efficacissima videndo aliquos sanat
sic istos duos . Contra quem tamen lege non sanat . nisi dispositos ad sanitatem
scilicet qui dolent et alterutrum pro peccatis . Ps. Vidit eos deus cum tribularentur
et exaudivit eorum orationem . et penituit eum secundum multitudinem misericordie
sue . id est ad modum penitentis se habuit quia vindictam iram quam tulerat

Exiij d' Zacheia in li' xx cui penitenti adiecit dies annos xv sinaz
mutando zo no affatud sime ure i ehud q' fuit attractius ibi ait
ait illi seque' me Iste e affatus dulcissimus qui Matheu antea
a se dimissu ad se traxit hec mirud Ita ee magnetis et adamatis
Utq eius e q thit ad se fuid nd go mirud si obud salvatorem ad
se cor Mathei traxit lz durius ess qua ferru Ideo iste tractus fuit
validus carite no ficta Un dixit Matheo Jere xxxi° In carite
ppetua dilexi te ideo attraxi te miserans tui sed quid e q xpc
dixit ei seque' me et quis e ho q'ut dr Eccs no possit sequi
vgem fetorem suu ad hec rndz Aug' i quod' simone plimorz mun
d' q no solu mitte' s; et nos si volumus eu no ipius adiutorio pos
sumus imitari I pe n° Cristus passus e p nob nob ilinquens exem
ut sequamur vestigia eius Et paulus Ephi v°dt Imitatores dei
estote sic filii karissimi Si quis dicat ait Augs ut virtutes quas
fet dominus deas imitari iusta pt ee ita excusatio quia mediata
fac no omnibz datu e Iuste aut et caste vivere et mitem
hre omnibz preceptu e Ita ipemet xc no dt Discite a me mor
tuos suscitare ic sed quia mitis sum et humil' et item fri diligite
inimicos vros ic Ad hec venit istud apsly d' seque'me no tm
gressu corpis s; et mentis no tm ambulando pedibz sed imi
tando opibz et sanctis moribz Sic ut dr Eccl xxiiij° Magn
e gla sequi xpm dnm Sic et iste apls qui sedebat surgens
secutus e xpm et signat in maiori sq Sm dr d' ipo luce v°
mundi deserctione | primo i mundi deserctions q surgens ilicte
vera dilectione | omnibz secutus e eu d' aliis ee apls dt aut
in Crm pduration | ipe ecce ilicte omnibz secuti sunt eu Nemo
Matheri tollation | eni pt sequi xpm pauperem nisi sit paup
spu Math' xix° dt vis pfectus esse vade et
vende omnia q hs et ve se me qz ista e arta via q ducat
p9 xpm sed itta Iudeo ait x vho dt Intrate p angustam portam no
p latam qz lata e q ducit ad infernu Ieiunare n vigilare arcus
desideriis abstine' ppa voluntem no sequi cui no videtur artu
ac vo delicose no manducare cellis qz carnis desidiis et vo
luptatibz obedire et voluntati sue i nullo cradice cui no vide latu
et spaciosu Sz ab p latam viam fe as incedimus Sedm Cris
ostomi nisi simus sed xpm et p angusta via incede' p lata
semp incedimus Et quid e q hiemes stli lata via spaciosa
ipi gradiuntur no valde mirum e eos aut q' videntur sustulisse
cruce suam et sequi xpm p hanc lata et spaciosa incede
velle no e pdiosu videtur Denique Monachi no d' monasteriis requirunt
et d' locis habitacionis cunctarum cu omnia requirunt si requies
sit in loco si abundat omnia si aquarum copie affluat sed et si
de nemo requirunt ee ibi cu omnia d' requie cunctantur et de
opptunitate mistri corpal' Nam vos si ad aliqua dispensationem
vocamus aut aliquod ministerii iniunge volumus prima statim so
licitudo eius et prima eius vba ista sunt si e ibi requies quo cuda
e si inveniantur que necia sunt abundant Si michi desit horum
q lata et spaciosa via deposuit Quid agis o ho quid loqueris
arta via nisi es ambulare ut quid d' requie ut qd de a
bundantia pmutatis p angusta ianua nisi es ingredi ut
quid amplos requiris ingressus e aliquid ista pmutatio neque
e aliquid ista pversitate deterius Et quid' qui principibus stli

ministrat · horum nichil consequitur sed tamen si lucri aliquid habeat temporalis miliaria
eius loco esset quasi si solum esse cognoverit iam nullus refugitur labor · nullum
periculum vitatur · nulla indignitas excusatur · servilitates si ab ingenio
depostantur officia non negabit peregrinationes longissimas periculosas
que non respuit contumelias contemptus permutationes temporum fert omnia spe
lucri / nec timet ne forte ab ipsa miseria sua spe deripiatur · ac dividat
separationem suorum / quinque et ac liberorum absentia tollabilis pariter
non pre hoc carorum mollitur affectu sed desiderio ac cupiditate pecunie
velut amens agitatur et amore eius inconsulte nichil laboris sentit
nichil doloris intelligit hoc estimo quod pecuniam sed sapiam quecumque
ut terrena sed celum petimus / et ad celi divicias festinamus · quas
neque oculus vidit etc. Hec inquam querentes et pro thesauris celo ipsi bonum
putes infra deo quomodo ponitarum ubi quanto illi miseriores sumus
et viliores considerimus / quid dicis o homo quid agis · celum petas ascen-
dere / et regnum celi invadere / et interrogas ne quando difficultas
occurrat in itinere / ne quid in via est aspere accidat aut laboriosum
· et non erubescis · solitarie terrene corporis effodiens Si enim omnia mala tibi
contrahent si universa pericula tibi immineant si convicia si iniurie
si ignominie si calumpnie · si gladius si ignis si ferrum si bestie si
rapina si fames · si exitudo / si cuncta que dici vel excogitari
possunt mala irruant · Dignum aliquid adit non est quod cuncta pro tantis ac
talibus causis · adeunda prorsus ac premiis spernenda videntur a vilis
anime et effeminate Erit ergo aliquis ita abiectus · et ita infelix
· et degeneris animi ut celum cupiens ascendere / de terrena requie
cogitabit · qui non solum requirere sed et per titulum recipere inderonium est
non video tamen quod aliquis unum vel ex perfecta cupidine celestium
teneatur · Aliqui omnia que videntur esse temporalia · umbras putabant
et visum Hec ille Secundo fuit enim sequacis in via dilectionis dicitur Job xxiii° ve-
stigia eius secutus est pes meus vestigia Christi qui dilexit nos et lavit
nos a peccatis nostris in sanguine suo Apocalypsis 1 Sequitur pes interior id est affectus
illius hominis qui ambulat in via dilectionis ut patet in isto apostolo / qui
audito verbo Christi · nec domum rediit ut huiusmodi nunciaret relinquit
omnia non curans de propinquis Et quia ipsum vocabat ordine vero non
attendebat accidentium / Tertio fuit secutus in imitatione ipsius in evangelii
predicatione Nam fuit notarius Christi / et scripsit eius evangelium · quod valde
sublime et preciosum est ex pluribus rationibus quas dixi in precedenti sermone
et post illas ista est una precipua quia hebraica lingua fuit conscriptum
Ceteri enim evangeliste scripserunt lingua greca sed iste lingua hebraica · que
fuit prima quia Ade et non ab homine sed a deo immediate fuit
tradita Ista lingua est principalis et decora · quia sicut dicit Rabi Mo-
yses Nullum vocabulum proprium in illa lingua deputatum est ad aliquam
feditatem sive turpitudinem nominanda · sed per aliquas circumlocutiones
talia exprimi oportet Est eciam perpetua et eterna quia sicut dicit Ysidorus post
diem iudicii omnes lingue cessabunt · sola lingua hebraica ma-
nebit Ergo ergo Matheus suum Evangelium scripsit · illa lingua · quia sicut
illa est prima · sic Evangelium eius tempore et ordine fuit primum · Fuit igitur
scriptor primus Evangelii et postea doctor et predicator sollempnis in Iudea
in Egypto et in Ethiopia · Primus effectus predicationis a barbaris
et truncatus Ad cuius laudem et honorem exclamat quilibet fidelis Joel
ii° Filii Syon exultate et letamini in domino · quia vobis doctorem iustitie
Iste enim apostolus edidit unus de illis quibus dictum fuit Marci ultimo Euntes

in eius universa predicatione. Tercium vero quantum ad hoc fuit similis helyseo de quo
iii Reg. xix. qui relictis rebus secutus est heliam et ministrabat ei. sic iste
relictis omnibus secutus est xpistum ut post ipsum tenderet ac incedens predi-
cationem consumaret. Et nota dicit relictis omnibus, quia predicator evangelii
debet relinquere omnia terrena nedum dicens eis occupetur circa temporalia
nec aliis provideat. Etiam certe fuit secutus xpistum in martirii tol-
leracione audiendo eum ipsum dicentem Luc. xiiii. Si quis vult venire post
me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me.
Et ille qui non accipit crucem suam quottidie et sequitur me non est
me dignus. Crucem autem accipere est propter fidem xpisti incessanter pati et su-
stinere passionem domini per sanguinis effusionem imitando. Aut prime
omnes assumendo carnis concupiscencias per eius afflictionem reprimendo. Aut
proximis compaciendo illorum miseriam seu necessitatem propriam putando.
Tercium vero iste apostolus cum xpistus baiulat crucem cui fuit affixus, ideo
volens eum sequi crucem assumpsit mortem subeundo. propter quam
eciam meruit coronam accipere. Secundum autem hic tercium. Cuius dicit circa
theca de illicite acquisitis fecit domino convivium. Cur autem iste dominus
non displicet comedere et bibere eo non liceat aliquid tale contingere? Respondetur
quod illi qui agunt vices eorum quibus talia oblata sunt, et in effe-
ctum ad restitucionem parati sunt homines de talibus eadem sic hic fecit dominus
et displicet eius. Certum autem alii comederunt ad sibi restitucionem modum
erat invitatus et ita comedere cuius licite. I Cor. ix. Quis militat
suis stipendiis umquam quis pascit gregem et de lacte gregis
non manducat. Ideo Math. x. hoc dicit dominus edentes et biben-
tes que illorum sunt sed panem edentes et bibentes que aput
ipsos sunt. Sequamur igitur eundem apostolum xpistum ut vitam eternam
cum ipso consequamur. Quam nobis etc. De sancto Stanislao

De sco Stanislao

De sancto Stanislao

Probavit me quasi aurum quod per ignem transit. Iob xxiii.
Ex his verbis duo colligo que nobis commendant
beatissimum nostrum patronum sanctum Stanislaum episcopum Cracoviensem.
Primo quod ipse per aurum significatur. Secundo narratur qua-
liter fuit probatus circa primum notandum quod beatus Stanislaus
temporali statu fulgebat. Fuit enim iste sanctus
prelatus operosus. Primo fuit prelatus victoriosus ac
charitate previo sue virtutibus plenus quia aurum
predicator grossus. aurum enim temperatum solidum et pu-
rum sic quilibet prelatus maxime episcopus debet esse temperatus
in iusticia solidatus in vita. purus in consciencia. Primo
quod sicut aurum est temperatum quod est calidum et humidum
sic prelatus debet esse calidus per fervorem et humidus per
compassionem. fervor enim zeli sedet super fornacem
in vim irascibilem. ideo ex eo inde emicant
scintille indignacionis nisi aspergatur aqua compassionis. sicut patet in fabro
ferrario. qui cum ignis nimis invaluerit. ipsum aque aspersione restringit.
De isto temperamento dicit Greg. in pastorali lib. i. c. xviii. faciendum est utrorum-
que tale temperamentum ut neque multa ex asperitate exulcerentur subditi neque ni-
mia lenitate solvantur. Istud autem temperamentum b. Gregorius in pastorali ostendit esse
quadruplex. Primum quod vinum severitatis temperatur oleo pietatis sicut dominus per
samaritanum studium semivivus in stabulum ducitur et vinum atque oleum
eius vulneribus adhibetur. ut per vinum mordeantur vulnera per oleum foveantur.
Secundum quod virga correccionis temperatur manna dulcedinis. Unde subdit in eadem
secundum quod virga cum tabulis in archa sacre
tabernaculi tabule scilicet virga et manna. Et quia cum scriptura sacre
scientia in boni rectoris pectore sit, et virga districtionis sit et manna dulce-
dinis. Tercium quod virga ferientis discipline temperatur baculo sustentacionis

me Un aut pphā. Virga tua et baculus tuus ipsa. Virga enim percutimus baculo
sustentamur. Certum quod vigor rectitudinis temperatur lenitate mansuete compas-
sionis. De quo id' ut supra tractato dicit sic. Illi veri doctores sunt qui pro vigore
discipline patres sunt per pietatis visceta matres esse noverant. Certum
quod vultus serenitas irati temperatur leticia placida. Un aut ibid' talis dis-
pensatio debet esse. Vgs ut ne qui preesse preest. ea se circa subditos mensura
moderetur quatenus et videns timeri debeat et iratus amari ut eum nec
nimia leticia vilem reddat nec nimia severitas odiosum. 2o aurum
est solidum. ex qua soliditate sua quod non tangit corpora sicut alia metalla
ex quo datur intelligi quod prelati debent habere vitam tam solidam quod subditos
non corrigant et per malum exemplum non inficiat. Malum enim exemplum prelatorum cito
inficit vitam subditorum sicut ostendit Greg' exemplo capitis ducis oculi
et pastoris. De duobus exemplis sic dicit in pastorali. Vita subditorum ad
proficere spiritualiter appetit non unquam in exemplo eius quo prelatus est quasi
in obstaculo itineris offendit langwescente capite membra incassum vigent
ostendit ex hic exemplo oculi. Subditi enim sunt pedes. Prelati vero oculi. Vitur
subditis ovdentes. Quando aut oculi id est prelati pulvere terrene cupiditatis
inficiuntur. cito a subditis in via morum erratur. De quo exemplo sic dicit ibid'
sunt nonnulli qui solerti cura spiritualia perscrutantur sed que intelligendo
penetrant. moribus conculcant repente docent. que non opere sed meditatione
didicerunt. et quod verbis predicant moribus impugnant. Unde fit ut cum
pastor per obrupta graditur ad preripium grex sequatur. 3o aurum est purum
ex cuius puritate accidit quod rarissime invenitur alteri corpori immixtum alias
puritatem tantum non retineret sed in eis degeneraret. Ex quo datur intelligi
quod prelatus debet esse mundus in consciencia. Greg' in moral. Nulla pastorem im-
mundicia polluat qui hoc suscepit officium ut in alienis quoque cordibus
pollucionis maculas tergat. quia necesse est ut munda studeat esse manus
que diluere sordes curat. ne tanto deterius inquinet si sordidam sequens
lutum tenet. Greg' Nazan' emundari prius opportet et tunc alios mundare
sapientem fieri et tunc alios facere sapientes. Lumen effici ut ita alios
illuminare. Accedere ad deum et tunc alios adducere. Sanctificari et ita sanctificare
magis habere vetas et tunc ec recti consilii et recte dare consilium. Beatus ergo Sta-
nislaus inquantum fuit prelatus et episcopus erat signatus per aurum ideo quia
fuit temperatus et quantum severitate contra tirannos arguendo eos ut patet in
Boleslao rege et dulcedine compassionis pro ipso orando. Fuit etiam so-
lidus. solidum exemplum sanctitatis prebendo. Fuit purus mundiciam cordis
et corporis sectando. Secundo beatus Stanislaus fuit malleo incurvata preciosa
et corporis sectando ... assimilatur auro. Aurum enim sub malleo non
... et quanto ad hic est assilatur auro ... ut vas luteum non resonat ut vas
resistit ut ferrum non frangitur. ut vas luteum non resonat ut vas
sonorum. sed in subtilissimas laminas dilatatur. Quia quamvis multi sunt
qui sub malleo tribulacionis instar ferri duri sunt. ut emendantur ut
corriguntur. Iob xli. Cor eius induratum quasi lapis. Alii sunt ad instar
vasis lutei qui sub malleo tribulacionis franguntur. hii signatur per
statuam quam vidit Nabuchodonosor. Dan. ii. que habebat pedes fictiles quam
lapis percussit et comminuta est. Alii vero sunt sicut es tinnientes
et impacientes. Non tamen dicatur. Prov. vero vir sapiens et disciplinatus non
immurabit. Nullus enim magnus vel vilis sed effeminatus
immurabit contra correptionem. Et ideo dixit vir. Nullus est sapiens sed in-
sipiens. Et ideo dixit sapiens. Nullus est vir moderatus sed levis et indi-
sciplinatus immurabit. Ideo dixit disciplinatus. Sed quidam sunt sicut
aurum qui sub malleo tribulacionis non resistunt divine correctioni per
mentis duriciam non franguntur per desperacionem non immurrat per im-
paciencias. Sed ducuntur et subtiliantur per obedientiam. Hic fuit Stanislaus
qui inter flagella persecutorum velut aurum fuit subtiliatus et vas
...mum fabricatus. Ex hoc aut quod deus sanctos suos in hac vita sic ma-
...eat permittit. eos non odit sed potius diligit. Artifex enim equum
odium non habet contra calcibus virorum. nec faber aurum quod ponit in igne
nec vinitor uvas quas in torculari premit. nec fullo pannum quem

pedibz calcat, nec pigmentariis aromata que pilo terit crema go viri
sci dei sunt equi, ideo tribulacoibz sepe confricetur, ut velorius curat
precium multiplicate sunt iniquitates eorum postea accelerauerunt crema sunt
vea dei tribulacoibz congaudent ut unus deuocior effundat quasi
aurum dei ideo tribulacoibz qui igne vincit ut probati inueniuntur Eccl xxvii
vasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio tribulacionis vnde
Stanislaus tanto plus tribulacoibz congaudebat tanto plus deuocior erat
et deum laudabat, quia sunt panni et vestes dei tribulacoibz congaud-
tent ut amplius dealbentur Apoc vii lauerunt stolas suas et dealbauerunt
eas in sanguine agni, quia sunt aromata dei pilo tribulacionis contrite
ut ampliore odorem emittant Cant iii Sicut virgula fumi ex aromatibus
ut ampliore odorem emittat, in morte magnum spirabat odorem. Ideo b. Stani-
slaus Sic b. Stanislaus contritus morte et contritus ad hoc non tamen fuit aurum per caritatem
sed fuit predicator gloriosus et per predicacionem sonora Cum enim sunt carmina
sunt cum sed et argentum per predicacionem subducta et debent malleando incorporari vere
aurea cum argenteis subducta a puluere vento et humore alias vnum cum alio se non
e attineri sicut a puluere sed et doctrina predicatoris adiungi debet cum
tenebit, sic oppositum quod si sed predicat sibi caueat a humore i. amor priuatus
auro super dilectos ut predicat noxius enim e et periculosus ab hiis tribus sibi caueat
a { puluere terrene cupiditatis | vento humane laudis | ab humore priuati amoris } ut predicator Stanislaus vitabat enim puluerem
terrene cupiditatis in eo quod thesaurum ecclesie et
non concupiuit, sed largitus viduis et aliis pauperibus
Epistola nisi auare non concupiuit, sed largitus viduis et aliis pauperibus
erogauit ventum humane ambicionis, quia exiuit Episcopus tamen humiliter
erogauit ventum humane ambulabat per curias vel villas sic et ciuitates
et quod sepe pedester ambulabat per ecclesias informacioni instando Et humorem noxium
ad alia loca causa informacionis instando Et humorem noxium
priuati amoris, quia vitam suam contempsit et pro Christo in morte se tradidit
Defendendo eius sponsam ecclesiam, oues suas ab impiis protegendo sic
b. Stanislaus non tamen fuit aurum sed et aurum igne passionis exa-
minatum Et non quod aurum in igne positum Verum fuisset in igne
Retinet suam integritatem | Sic b. Stanislaus ut aurum passionis probatus e
Acquirit ampliore pulcritudinem | et sicut aurum in igne non consumitur Sic iste scilicet
Induit maiorem claritatem | integritatem fidei conseruauit | primo integritatem fidei
quam | constanciam eternis perfundit | conseruauit fidem
cum omnibus articulis pre- | paciam in passione habuit | aut integra dei
minuta e quod e contra fidem hereticorum qui aliquos articulos credunt et
aliquos recipere nolunt I Thi iiii Discedent quidam a fide sed iste
pontifex integram fidem habuit quod probat integritas sui corporis post mor-
tem In morte tamen laudabili e et fides integra quod est concordat
cum corde et cum ore Ro x corde creditur ad iusticiam, ore
autem fit confessio ad salutem quod e contra fidem timidorum qui timore
mortis fidem confiteri non audent Sed Stanislaus vsque ad mortem quod
corde credidit hic ore predicauit et regi se opposuit pro eadem fide Est
et fides integra que e iuncta cum caritate quod e contra fidem demonum
quia quia Jacobi ii Tu credis quoniam vnus e deus et demones credunt
et contremiscunt, sed ut Stanislaus habuit fidem cum caritate pro qua morti
se tradidit Cant viii fortis e ut mors dilectio Est et integra
fides que e iuncta opibus quod e contra fidem malorum christianorum Thi i confi-
tentur se nosse deum factis autem negant Iste autem sanctus habuit fidem
cum opibus ut cantat ecclesia in ipsius hystoria Sed habuit constantiam
stando contra carnificem dicit quidam carnifex dicuit contra ipsum iniuriando
mortem Erat enim ita constans et robustus ex eo quod edicit dixit contra
ebrius et signatus de illa Gall ii Viuo ego iam non ego, viuit autem
in me Christus habuit et paciam per quam tyrannum Boleslaum vicit, et se ipsum
in animo superat Considerans Prov xvi Melior e paciens viro forti, hoc
quo ad victoriam tirani et sequitur Et qui dominatur animo suo ex-
pugnator e urbium quo ad victoriam animi sui Sed de impacientibus
dicitur Prov xv Os fatuorum ebullit stulticiam, olla bulliens aqua ext se

perit igne extinguit et serpentem sepe frangit. Sic impatiens igne furoris
furiens sepe ex ore suo proicit aquam fundam iniuriosam et contumeliosam Ecc.
xmo Ne quis ex domo indocta ne male de progenie tua loquatur Et si
forte aliquis igne zeli ipsum reprehendit mox per verba contumeliosa illius ignem
extinguit Ecc. viii Igne ardentis et zelo fervente extinguit aqua et
irrogata contumelia ymmo sepe totum a bono proposito frangitur et omnem sapientiam
evacuat Ecc. xxi Cor fatui quasi vas confractum omnem sapientiam non tenebit
Tercio b. Stanislaus in igne tribulacionis maiorem acquisivit claritatem quem enim
prius erat ignotus per totum mundum factus est clarus possumus enim ipsum quondam similare
grano quod diversis attritus passionibus per totum mundum gratia sui martirii meruit
fragrare et qui cum esset constitutus esset huius potentatus dum est vexatus
laceratus et membratim sectus per totum mundum et specialiter per regnum Polonie odore
sue suavitatis infudit 20 et ideo acquisivit maiorem puritatem Et nota quod
dum in hac vita sumus multas impuritates in corpore et anima habemus
In corpore enim habemus quatuor scilicet quia ipsum corpus est obscuritati dedi-
tum grossiciei obnoxium tarditati deputatum mortalitati subditum Sed
ista quadruplex impuritas a beato Stanislao et a quolibet alio sancto et ipsius
corpore deposita est Ideo multo potest dicere illud psalmi Renovabitur ut aquila
iuventus mea Cum enim aquila ex nimia vetustate sit obscurata
visu tarda volatu viciosis humoribus ingrossata pennis ex vetusta-
te corrosa sub radiis solaribus existens in fontem se proicit et in visu ac-
cipit claritatem in volatu agilitatem in corpore subtilitatem et in pennis novi-
tatem Et sunt quatuor dotes quas induunt corpus sancti Stanislai et aliorum
sanctorum corpora in resurrectione beata per quas supradicte impuritates deponuntur
Secundo in anima est triplex impuritas scilicet patitur multiplex dolorem timorem et
errorem De quibus psalmus Cor meum conturbatum est in me Ecce dolor dereliquit
me virtus mea Ecce timor et lumen oculorum meorum non est mecum Ecce error Sed ista
triplex impuritas in morte sancti Stanislai ablata est Nam cum nullum sentit
dolorem quia recepit miram suavitatem nullum timorem quia possidet
plenam securitatem nullum errorem quia divina conspicit claritatem Unde
dicere potest Es anima mea in qua quondam contra me species mundi quod ad-
versus quando a voluntate dolor a memoria timor a racione error omnes
recessissent et successissent mira suavitas plena securitas eterna certi-
tudine Quam nobis etc.

Secundus sermo de eodem

Super custodiam meam stabo et figam gradum meum
super munitionem et contemplabor ut videam quid
dicatur Abacuc ii Hec verba possunt esse beati Sta-
nislai In quibus ad honorem ipsius considero
tria Primo custodiam ad serpens ibi Super custodiam
meam stabo Secundo elevationem scilicet mundi ibi Et figam
gradum meum ad iii Tercio amorem et anhelacionem
ad deum vii sequitur Et contemplabor ut videam quid
dicatur Circa primum quod b. Stanislaus in custodia sui ipsius
sollicitus fuit Ideo dicit Super custodiam stabo Non
enim expedit cuius sedere in sepulchro petiit ultra
tare in pugna sed stare qui deo servire vult
Ecc. ii Fili accedens ad servitutem dei sta in iu-
sticia et timore Ideo dicit valentibus tuis de E-
gypto pueros ad terram promissionis statuimus
Exo. xiiii state et videte magnalia dei que facturus Sic b. Stani-
slaus In omni iusticia ad serpens stetit quia vita abstinencie iusti-
ficiis super exteriora fuit super eius carne ut iniqui licet et ad lasciviam
declinare Unde legitur de eo quod licet inferiorem gradu positus bene extitit
conservatus tamen in episcopum mutatus est in virum alium et carnem suam tegit
asperitate sine deo studens omni virtutum exaltatione sine intermissione placere
Item fuit in timore stetit sancto ne deum aliquam offenderet et fuit
in ipso sapiencia inicium sapiencie Inicium sapiencie timor domini principium sapiencie est
Sic igitur ut predictum est b. Stanislaus valentem procede de exilio ad premium
hac fecit gratia que cum ipso et in ipso stabat et ipsum direxit de virtute

in virtutem, sicut de rotis volubilibus per quas vehitur ad eternum gaudium de quibus Ezech. i
Et cum euntibus ibant, et cum stantibus stabant, non dico cum iacentibus iacebant.
Sic stabat gratia cum beato Stanislao, et cum eo ibat de bono in melius et demum
in gaudium celi. Secundo sprevit mundum pro omnia, ideo dicit figuram eorum mei
super mutationes. Mutatio mundi in qua quis potest se invenire dicitur dives vel
pauper morte. Sunt divitie fortitudo nobilitas et similia sed certe modicum valet
Haymo: omnis mutationes tue sic fiunt in grossis suis. Et nota quod fructus
quanto magis oneratur fructu, tanto inferior est, ita profecto mutationes mundi
quanto plus putat se aliqui huius terrenis abundare tanto inferiores sunt
huius non ambulat beatus Stanislaus sed eas sprevit de quo Philippus modo omnia arbitror ut
stercora ut Christum lucrifacerem. Ambulavit cum viis domini. Sap. x. Iustum
deduxit dominus per vias rectas et ostendit ei regnum dei. Et nota quod via iustorum
est triplex scilicet Primo aspera in ingressu. Bernardus modo deberent mei ambulare
aspera in ingressu ⎬ delicati isti sunt clamores. Iusti qui adeo diliguntur et deli-
amabilis in progressu ⎬ cato cibo in corde Christi nutriuntur et fideli custodia angelorum
recta in egressu ⎬ custodiuntur. Isti ambulant vias asperas, qui in sinum dei
carne sua ieiuniis, vigiliis et castigationibus frangunt, iudicii delicias
contempnunt et voluntatem dei in omnibus facere satagunt, has vias propter
asperitatem multi horrent, et ideo ad celum venire non possunt Math. vii. An-
gusta est porta et arta via que ducit ad vitam et pauci sunt qui inveniunt
eam, has vias beatus Stanislaus ambulavit ut colligitur ex eius legenda. Secundo iusto-
rum via est delectabilis in progressu. Psalmus viam mandatorum tuorum
cucurri, cum dilatasti cor meum scilicet per caritatem per quam
dilatatur ut diligit deum, et angelum et hominem
amicum et inimicum quasi diceret
bonum et malum et propinquum et dedisti michi viam mandatorum tuorum cucurri quia
per caritatem quam dedisti et asperitatem non abhorrui quia caritas
videtur peccatoribus grauis et aspera, et ideo
fecit michi levem, certe beatus Stanislaus fervidam caritatem habuit, et ideo
asperitatem huius vie non abhorruit, habuit caritatem ad deum ideo sine
bat et subiit martyrium habuit caritatem ad proximum ideo die nocte
saluti hominum invigilat. Secundo Christi exemplaritas quis enim abhorreat
suscipere pro Christo, ex quo ipse propter nos aspera sustinuit, cum in ingressione
a presepio vagiens aspera pro mundo predicens, tum fame sitim laborem
et derisiones sustinuit, aspera tamen de mundo egrediens cum in cruce
mortem gustavit. Hebr. x. fratres habentes fiduciam in introitu sanctorum in
sanguine Christi quam initiavit nobis viam novam et viventem, accedamus
cum vero corde in plenitudine fidei scilicet ad viam novam et viventem
que est aspera nova via est via aspera a morte ducens ad vitam per
hanc incessit Christus dans nobis exemplum ut ipsum sequamur i Petri ii Christus passus
est pro nobis nobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Illud exemplum re-
cepit beatus Stanislaus et ideo cum imitabatur ieiunando et vigilando per sua
corpus excruciabat, expressus clericus et populi corrigit, tandem
... mortem subiit, de qua dixi est in eius nativitate in medio sublimi
tas pe hoc verba Luc. tu eo et cus. vi verba ista sunt promissiones
etna site fidelibus quasi diceret magna sunt que promittit in celo
de mercede et idio aspera non horret in mundo. Audiamus hec verba Math. xi venite
ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Ista beatus
Stanislaus mercedem attendit ideo labores huius vite propter ipsum sicut Apostolus
Apostolus quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam. Secundo alii
multi pro corpore sensuales labores fecerunt, et pro anima salvanda
nichil noluerunt laborare, omnibus diebus vite sue serviunt aliis ut habeant
vite necessaria, et nolunt deo servire ut habeant eterna gaudia, quia non
attendunt mercedem eternam sed temporalem, tales fuerunt Iudei qui dixerunt Num.
xxi. deest panis non sunt aque anima nostra nauseat super cibo isto le-
vissimo. in manna in quo figurabatur dulcedo eterne beatitudinis. Tertio via
iustorum est mirabilis in progressu Sap. x. deduxit eos in via mirabili
et fuit illis in velamento diei scilicet ne lederentur per ardorem solis et in lucem

stellarum nocte s. non erraverunt in tenebris et in umbra mortis. Inmobile est
sole estuante ambulare et ardorem solis non sentire. In nocte cunctis exi-
stentibus ambulare et non deviare. Sic certe iusti cum incedunt in die prosperitatis
non leduntur per superbiam, sive in nocte adversitatis non deviant per impatientiam,
et ideo deus eos per inmobilem viam ducit. Que via est inmobilis propter tria quia quanto

Quanto quis currit / tanto / minus offendit — Primo quia quanto quis currit tanto minus offendit.
Quanto quis currit / tanto / minus deficit — Valde inmobile quod stans de facili
Quanto est pauperior / tanto / melius hospicium invenit — offendit et currens non offendit. Ille

stat in via qui a bonis operibus vacat. Mathei xx. Quid hic statis tota
die ociosi. Ille vero currit qui hic bonis operibus insistens per mentem ad
patriam festinat. Ebr. xii. Curramus ad propositum vobis certamen. Et Johannis xi.
Qui ambulat in die non offendit, quia lux in eo est. Qui vero in via
dei non vult offendere ille debet bonis operibus insistere, ut eum dyabolus semper
occupatum inveniat. Propter hoc beatus Jeronimus in bonis operibus se exercitabat
ne per dyaboli suasionem in peccatum caderet. Unde poterat dicere illud psalmi: Sederunt
principes et adversum me loquebantur, servus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Prin-
cipes isti dicuntur principes tenebrarum qui tunc dicuntur sedere quando de tempta-
cione hominum cogitant. Tunc dicuntur loqui adversus hominem quando eum per temptacionem
molestant. Secundo est inmobilis quia quanto quis currit tanto minus deficit. Valde
inmobile est quod homo non vult ire per hanc viam et manet in peccatis. Sed sunt
aliqui qui cogitant ire per eam proponentes agere penitenciam, vel qui incipiunt re-
nunciare seculo, illi qui incipiunt agere penitenciam. Tales de facili fatigantur. Illi vero qui
diu ambulant per hanc viam non de facili fatigantur neque deficiunt. Ysaie
xl°. Deficient pueri et laborabunt et iuvenes in infirmitate sua cadent.
Qui autem sperant in domino mutabunt fortitudinem, assument pennas ut aquile,
current et non laborabunt, ambulabunt et non deficient. Per pueros acci-
piamus peccatores, per iuvenes intelligamus homines incipientes agere penitenciam,
qui deficiunt et de facili cadunt. Qui autem sperant in domino et longo tempore
ei serviunt, illi laborant et non deficiunt. Quorum unus fuit beatus Jeronimus qui
deo usque finem fideliter servivit. D. illud psalmi: Michi autem adherere deo bonum est
et ponere in domino deo spem meam. 3° est inmobilis quia quanto homo est pau-
perior tanto melius hospicium invenit. Mathei v°. Beati pauperes spiritu quoniam
ipsorum est regnum celorum, sed econtra divites confidentes in diviciis inveniunt pessimum
hospicium, scilicet infernum. Luce vi°. Ve vobis divitibus qui habetis hic consolacionem vestram.
Hoc patet in divite epulone et Lazaro paupere, Luce xvi°, quorum unus
mortuus repositus in sinu Abrahe, alter sepultus est in inferno. Propter hoc beatus
Jeronimus omnes divicias huius mundi contempsit et dispensator factus dei pauperibus
nunc in optimo hospicio scilicet in celo requiescit. 3a via iusticie est
recta in egressu. Unde Proverbiorum xxix. Non abhominantur eos qui in via recta sunt. Vere
recta est via illa que ducit hominem ad celestem patriam. Sed considero tria
propter que hec via dicitur recta, scilicet quia beatus est qui eam incedit, scilicet bonus homo. Osee

Qui per eam incedit — Prima ratione quia per xiiii°. Vie domini recte et iusti
Dux qui per eam ducit — ambulant in eis. Talis fuit beatus Jeronimus de quo
Terminus ad quem deducit — potest exponi Job i. Erat vir ille simplex et rectus

et timens deum et recedens a malo. Vere rectus qui rectam viam iusticie
tenuit et ad iniquitatem se non curvavit, sed via voluptatis [...] vicit,
obliqua non erravit. Sap. v°. dicitur de aliis [...]: Erravimus a via veritatis
et lux iusticie non illuxit nobis. Secundo est recta quia rectus qui per eam ducit.
Psalmus: Rectus dominus deus noster et non est iniquitas in eo. Vere rectus in quo
nulla est obliquitas. Rectus inquam in promissis quia nullum fallit. Rectus in
factis quia omnia iuste agit. Rectus in iudiciis quia recte iudicat. Jere. xxxi.
Adducam eos per torrentes aquarum, scilicet tribulaciones, que comparantur
aquis quia sunt multe, quia sunt transitorie, quia sunt purgatorie. Quid
ergo miramur si sustinemus tribulaciones? Vere deus permittit nos hic tribulari
ne metuamus tribulacionem. Hic nos per tribulaciones purgat ut in eternum gaudeamus

psalmista Cum ipso sum in tribulatione eripiam eum et glorificabo eum / 3o dicit Petra qua
beatus Stanislaus ad quem deducat i. celum pro se deduxit eos in via recta ut iret
in civitatem habitationis hec civitas est celestis patria in qua est omnis boni abundan-
tia / De qua civitate et abundantia infra in sermone de eo s. ad hanc pervenit
beatus Stanislaus per palmam martirii Et ergo dicitur 3o ex themate / quod iste beatus vir
et pontifex Stanislaus habebat semper ad eandem patriam sursum spiritum unde dicat /
contemplabor ut videam quid dicitur s. illa vocem que de celis venit Deutro-
nomio vi Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo etc. In hoc enim semper laborat ut
posset apprehendere dilectionem dei / ideo libenter fuit solitarius quod predicatio vel
omnia cura pastoralis ipsum non impedit Et sicut alter Moyses minavit gregem
suum in desertum ad interiora ubi erant propria pascua Ipse autem sanctior
fuit aliis oves misit sub se et solus ascendit / Episcopalem eminentia
eventum Exodi xii ubi vidit ignem in rubo i. consideravit et credidit deum et
hominem in una essentia ad terram beatus Stanislaus sepe ascendit in montem vel
Skalka que est sita in Casimiria ubi pro populo oravit et hostiam deo pro
obtulit Et sic ille sicut iste a deo in montem populi sui constitutus fuit Unde
potuit recto dicere Abbathematis super custodiam meam stabo et non perdam
gratiam meam etc. toto meo spiritu / et contemplabor ut videam gloriam
ad quam nos ipsius meritis perducere dignetur

De sancto Wencesslao:



b

Beatus dives qui inventus est sine macula Ecclesiastici
xxxio quia deus similes nos sibi affectat esse ideo ad
pietatem tam frequenter invitat / nichil enim est
quod sic similes nos deo faciat sicut pietas et misericordia
Ecclesiastici iiiio Esto pupillis misericors ut pater et pro
viro matri eorum et eris velut filius altissimi
Cum enim misericordia sit super omnia opera eius patet quod qui sit
misericors maxime super misericordes / respondet
gravitatem amoris Ecclesiastici xiiio Omne animal di-
ligit sibi simile Augustinus Nichil est quod nos ita deo
amabiles facit quam pietas Et ergo beatus dives
etc. non dicit simpliciter beatus dives sed addit qui inven-
tus est sine macula / quia alii divites confidentes
in suis divitiis sunt maledicti Luce vio Ve vobis di-
vitibus ut in precedenti sermone nec dixit beati sapientes
ymmo dicit Isaie vo Ve qui sapientes estis in oculis vestris / nec dixit beati potentes
ymmo ibidem Ve qui potentes estis ad bibendum vinum / et admiscendum ebrietatem
Divitie ergo non faciunt hominem beatum sed miserum Apocalipsis iiio dicis quia dives es
et locupletatus / et nullius egeo / et nescis quia tu miser es etc. Nec po-
tentia facit hominem beatum / sed maioribus tormentis adiecti Sapientie vi potentes
potenter tormenta patientur / nec sapientia mundana facit hominem beatum sed stultum
i Corinthiorum iiio Sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum Sed beatus Wencesslaus cuius
sollempnitatem celebramus licet ista dona habuit scilicet divitias sapientiam et po-
tentiam que multis occasio fuerunt ruine / tamen hiis donis suffultus et ad
bonum adiutus eadem convertit ad gloriam dei ut verificetur in eo Romanorum viiio Di-
ligentibus deum omnia cooperantur in bonum / Divitias enim convertit ad gloriam dei
elemosinas faciendo largas / non tamen corporales sed etiam spirituales Unde de ipso
canitur Infantes emit gentiles servituti deditos / et eos fecit heriles
fide Christi perditos Unde de ipso scriptum est quod aurum non abiit nec speravit in
thesauris pecunie / fecit enim mirabilia in vita sua / que mirabilia de ipso
canit ecclesia pauper in divitiis etc. Potentiam et quam habuit quia princeps magni
fuit non convertit ad tyrannidem sicut modo faciunt potentes / sed ad pie-
tatem et misericordiam ut verificetur quod de ipso canitur Nam huius in gloria / presset
de ipso verificari illud quod dicitur in psalmo Dispersit dedit pauperibus iustitia eius manet in seculum seculi
In quibus verbis de isto sancto / et de quolibet bono elemosinario duo tanguntur
scilicet meritum eius cum dicit Dispersit dedit pauperibus Et premium cum subiungit Iustitia
eius etc. Circa primum nota sex circumstantias quas bonus elemosinarius debet
habere scilicet equam dimensionem secundum vetustam distinctionem etc. sicut dixi in sermone de
sancto Nicolao etc. Ideo hic dimitto et illa omnia prosequere et adice hic que

Causa breuit[er] repete omitto Sed scdm p[atet] vbi ponit[ur] ip[s]i[us] initiu[m] cu[m] d[icitu]r Iusticia
eius manet in s[e]c[u]l[u]m s[e]c[u]li / et n[on] mirum q[uia] secutus e[st] xp[istu]m attendes illud luc
ix[o] Qui vult venire post me abneget semetipsum et tol[lat] cru[cem] sua[m] [et] se[quatur] me
s[ed] p[ro] me moriendo p[er] hanc viam sequti sunt eu[m] om[n]es s[an]cti m[arty]res su[mm]e
d[e]o p[ro] ipso parent[es] s[ed] p[ro]h dolor hodie pauci sunt q[ui] eu[m] sequant[ur] p[ro] ma[iori]
salute pecca[t]a vitando et bona faciendo lic[et] multi sequunt[ur] du[m] ei p[ro]spera
s[uc]cessionib[us] eius acquiescendo sicud i[n] p[h]ilip[os] xv[o] vbi d[icitu]r Et mag[na] p[ar]s co[n]i[u]
h[ic] mundano[rum] ho[m]i[num] sequebat[ur] do[min]um Paulus i[n] d[ia]l[o]go Apoc vi[o] Mors et
inf[er]n[u]s sequebat[ur] eu[m] / et n[on] solu[m] p[er] op[er]a sequunt[ur] eu[m] s[ed] et dethendo ill[um]
q[ui] xp[istu]m sequunt[ur] p[ate]t Qui retribuunt mala p[ro] bonis dethe[n]t m[e] q[ui]a seq[ue]bar no[n]
sic nos sed m[agis] [con]tinu[u]m d[omi]n[u]m sequam[ur] ip[su]m. Vn[de] Aug[ustinus] in quad[am] s[er]mon[e] Non
e[st] xp[istu]m sequi sine cruce Ideo sequi xp[istu]m debemus cru[cem] tollendo [et] carne
cu[m] viciis et suppliciis crucifigendo / et si nec[ess]e fuit p[ro] ipso mortem subeundo
exe[m]plo b[ea]ti Wenceslai / sequi eni[m] debe[mus] xp[istu]m sic[ut] medicu[m] i[te]m Joh[annis] vi[o]
Egri medicu[m] | beneficiu[m] curatio[n]is | p[ri]mo sic egri sequebat[ur] eu[m] multitudo
Disci[p]li m[a]g[ist]r[u]m | do[ctri]n[a]e eruditio[n]is | magna q[ui]a curabant[ur] ab eo Scd[o]
Exules p[at]ronu[m] p[ro]pt[er] | p[re]sidiu[m] [de]fensio[n]is | sic disci[p]li m[a]g[ist]r[u]m Joh[annis] viii[o] Qui se[quitur]
Milites d[omi]n[u]m | stipendiu[m] remunera[tionis] | quit[ur] me n[on] ambulat in tenebris
que sunt stulta huius mundi elegit deus ut confunderet sapientes
et infirma ut confunderet fortia et maxime in illibus manens
delectabatur propter illud Luc vi° Beati eritis cum vos oderint homines etc propter hec
potest dici Elisabeth nigra et despecta quo ad mundum Secundo
potest dici formosa quo ad
deum formosa Et nota quod potuit potest dici formosa quo ad
deum id est coram deo coram angelis et coram hominibus Primo coram
deo quia ipsa sicut Iudith x lavit se mira optima optima
mira est lacrimosa contritione cum qua b. Elisabeth sepissime se
lavit Et ideo coram deo desiderabilem ostendit faciem suam unde
dominus ad eam potest dicere Can ii° Ostende michi faciem tuam
unde hec amabilis dicitur quia pulcram faciem diligit absque
macula odium habuit ad proximos et se contendentes integra
utique et unitate formosam faciem coram deo Secundo coram angelis
potest dici formosa quia angeli sunt nuncii qui omnium nostrorum valorem
deferunt ad deum et quicumque homo pura oracione mittit per eos

ille qs valde placet et illud libenter assumunt. Unde ad bonum hominem cuius multum placent angeli. Ait angelus Tob. xii. Quando orabas cum lacrimis etc. sequitur Ego obtuli orationem tuam deo. Et quia acceptus eras domino necesse fuit ut temptatio probaret te. Ecce placiti quia necesse est bonos temptari ad custodiam humilitatis cordis. Sic igitur beata Elisabet quia coram angelis formosa fuit. Ideo ipsam semper custodiebant. Unde poterat dicere illud psalmi. In conspectu angelorum psallam tibi etc. De malis autem dicitur Sap. i. Spiritus sanctus discipline effugiet fictum. Et quibus spiritus angeli vel fugiunt qui pro nomine dei bonum vel parum. 3o coram hominibus potest dici formosa et valde placens. Unde ecclesia potest de ipsa hodie dicere illud Eccli. xxxvi Ubi non est mulier ingemiscit egens. Sic ubi non est talis mulier que largam porrigat manum pauperi bene potest egens ingemiscere. Vere pulcra est beata Elisabeth coram omni ecclesia honorando homines. Unde ipsa eius Christi bonitas implevit desiderium ecclesie dicentis Eccli. xxxvi. Innova signa immuta mirabilia. Nam antiqua signa sanctorum que quasi oblivioni tradita propter partem in multis malis hominibus viluerat qui poterant dicere illud psalmi. Signa nostra non vidimus. Ecce per istam dominus dicit Apoc. xxi. Nova facio omnia. Ipse quam ecclesiam militantem innovavit per signa sue vocationis beate Elisabeth. Nam ceci vident claudi ambulant mortui resurgunt. Unde congrue hodie canit ecclesia domum Elisabet induit decore etc. 3o puerili domus est celestis. De qua ii Cor. v. domum habemus non manu factam sed eternam in celis. Eccli. xxi Dicit hoc in domum eternitatis sue. Huius domus semitas optime conservavit b. E. que sunt devota oratio sancta meditatio ardens dei dilectio et proximi. Iste sunt semite de quibus dicunt iusti volentes ascendere in domum eternitatis. Ysa. ii. Ambulabo in semitis eius scilicet dei. Et vere delectabile est ambulare in his semitis quia dicitur Pro. iii. omnes semite eius pacifice. Sed alii multi claudicant ab his semitis volentes incedere in via mundi et tamen nolunt obmittere et cetera cogitationes et delectationes mundi. Unde ps. Claudicaverunt a semitis tuis. Non sic autem fecit b. E. que numquam delinquens tota ad regnum dei se extendit. Ideo de ipsa canit ecclesia. Ista igitur filia Heber contempsit dignitatem. celestis rex bone glorie ut non relicta laudibus. Imprimis hodie consummatur semper in celis ad nos ipsius precibus preparate. Signetur

De sancta Katherina

Omnis gloria eius ab intus in fimbriis aureis circumdata varietate. Ps. xliiii. Verbum istud congrue sumi potest ad commendationem beate Katherine que fuit virgo regis filia per carnalem generationem et quod amplius est filia regis celestis per adoptionem. Commendatur autem in verbis premissis a tribus scilicet ab interiori puritate. Primo tangitur ab interiori puritate ibi omnis gloria eius etc. a caritatis sinceritate. a bonorum operum multiformitate. Secundo in exteriori conversatione

Etate puellaris innocens quia quicquid fecit ad gloriam dei fecit non ad
gloriam humanam etc. beata katherina filia regis dei et a xpisto
quam devota sponsa xpisti ancilla dei columba xpisti amica xpisti filia xpisti
Sic sancta katherina fuit scilicet

Sponsa — fide sibi desponsata
Columba — ad eius amplexus spe elevata
Amica — xpisti — caritate sibi confederata
Soror — voluntate sibi conformata
Filia — ad celestem hereditatem deputata

Primo beata katherina fuit sponsa
xpisti fide sibi desponsata. Osee 2° Ego
sponsabo te michi in fide
et scias quia ego dominus
tuus beata katherina fuit suo sposo
desponsata in baptismum in quo fidem xpisto assignari preципitur Cum
enim baptizatur dicit Credis in deum qui si adultus est rudet per se credo
si prolis alii rudent pro eo Item abrenuncias sathane et pompis
eius rudet abrenuncio Sed heu hanc fidem multi violant qui
peccando recedunt a xpisto cui promiserunt fidem in baptismo et
adheserunt dyabolo cui abrenunciaverunt sic non fecit beata katherina sed fidem xpisti
quam acceperat in baptismo numquam violat sed sposo suo usque in finem
fidelis extitit Ideo et ea commendans dicit Cantica 4° Favus distil-
lans labia tua mel et lac sub lingua tua. labia signant
ores que de labiis beate katherine processerunt iste orationes comparantur favo
quia dulces fuerunt non solum in ore beate katherine sed et in aure domini
audientis Ideo etiam dicit surge virgo et ora scilicet. pres spo
usque ibi paradisi Iste orationes adducto et puro corde processerunt
Ideo dicit mel et lac. mel magis devocionis. et lac puritatis Et
quia tam devota et pura fuit Ideo eius exemplo multos
ad fidem traxit propter quod subiungitur odor vestimentorum eius sicut fama
odorifera operis sic odor thuris Fama comendavit eius fideles hec sponsa
sponso suo fuerit quia dulcis eius oratio fuit quot homines
exemplo suo ad fidem traxit Primo considerandum quam fidelis suo
sponso fuit quod non solum fidem constanter tenuit sed quod plus pro fide
usque ad mortem constanter stetit Unde poterat dicere 1 Thimo. Bonum
certamen certavi cursum consumavi fidem servavi Unde de ipsa legitur
cum in pallatio suo resideret et audiret ex templo voces animalium
que offerebantur ydolis venit ad templum et signo crucis se muniens
cesarem de infidelitate redarguit et forte certamen Primo cum
cesare post ea cum l oratoribus subiit pro qua fide morte su-
stinuit 2° dulcis eius oratio fuit et quam habeat sponsus eius
lea audiunt. legitur enim de ea quod cum pugnatura esset contra oratores
tlem fudit orationem dicens O sapientia dei et virtus altissimi genitor bone
adesto michi famule tue et da sermonem rectum et bene sonantem
in ore meo ut hii qui ad derogandum nomini tuo convenerunt
non prevaleant adversum me sed ubi tui virtute consummati aut per-
misi obmutescant aut conversi nomini tuo dent gloriam Cum statim
angelus domini apparuit dicens Ne paveas deo grata puella sed
constanter age quia tecum est dominus pro cuius honore certamen
inisti et promisit ei de victoria sua et conversionem oratorum 3°
considerandum quot homines ad fidem exemplo suo traxit sic patet in regina
et porphirio cum ducentis militibus quos convertit ad xpistum et nos
peccatores honorandum sanctissima virgine katherina ut cum patribus suis
nos ad xpistum convertat Secundo fuit columba xpisti spe ad eius ve-
sus elevata Ideo loquitur ad eam xpistus Cantica 2° Surge propera

Amica mea columba mea etc. q. d. ad eam Christus o columba mea que ad me confugiendo habes. Amica mea que me amas. Speciosa mea quia michi places. Surge mundum contempne quia omnia que in mundo sunt vana et transitoria sunt 1 Cor. vii° preterit figura huius mundi. Comparacio propter pericula que sunt in mundo propter quod mundus comparatur mari Ps. hoc mare magnum et spaciosum manibus vel rep[?] q. n. e. in. x. diversa demonia que insidiantur homini. Veni ut requiescas in foraminibus petre in cavernis maceriae id est in vulneribus meis. Foramina petre signant vulnera manuum et pedum, vulnus caverna signat vulnus lateris. Et nota ad literam quod sicut columba solet nidificare in foraminibus petrarum ut ibi requiescat et maneat secura ne a rapacibus avibus mordeatur sic hec sancta nidificavit in vulneribus Christi spiritualiter et ibi requievit contempnens tyrannum et insidias demonum et omnia pericula mundi evasit. Sic legitur de ea cum Maxentius Cesar divicias honores et multa commoda mundi promitteret ei omnia pro amore Christi contempsit. Unde de ea canit ecclesia. Hec mundi spernens et mundi florida pro nichilo ducens etc. Nam passionem Christi ante oculos habebat in qua legebat paupertatem Christi et vilitatem contumelias et penas et ideo divicias honores et commoda mundi sprevit. Unde potest dicere Philipp. iii° Existimo omnia detrimentum esse id est sprevi omnia propter eminentem scienciam domini nostri Ihesu Christi propter quem omnia detrimenta feci et arbitratus sum ut stercora ut Christum lucrifaciam. 3° fuit amica Christi pre[?] sibi cara[?] Christi quod Cant. iiii° Tota pulchra es amica mea etc. Tota pulchra fuit quia in corpore et anima. Corde[?] pulchritudo exterior interior valet sine interiori sed interior bene valet sine exteriori. Prov. xxxi° Fallax gracia et vana est pulchritudo, mulier timens deum ipsa laudabitur. Hec autem sancta fuit pulchra exterius et interius. Unde de ea legitur quod fuit speciosa valde et quod plus est rigorosa[?] fide. De exteriori pulchritudine non curavit sed interiorem fovit et propter hoc Christus eam dilexit contra communiter faciunt mulieres nostri temporis que exteriorem fovent et interiorem non curant. Ornant se exterius corpus peplis caput pectus monilibus collum et brachia auro et argento et totum corpus preciosis vestibus ut mundo placeant. Ps. filie eorum composite circumornate ut similitudo templi. Sed animam nolunt ornare virtutibus. De quibus potest verificari illud Prov. vii° Ecce mulier occurrit ei ornata meretricio preparata ad capiendas animas. Sed sanctissima virgo Katherina ornavit animam intus ideo dilexit eam dominus. Gaudeat ergo hec virgo quia permansit in tali ornatu et decore. De qua bene potest verificari Prov. ult. Fortitudo et decor indumentum eius. Fortitudo patet quantum ad victoriam in passione que quamvis tenera esset in corpore tamen non audivit verba Maxencii ne crederet, incarceratur et ad mortem ducitur, numquam mota est ad impaciam[?]. Et decor quantum ad ardorem in dilectione quia adhesit Christo toto corde et sic adhesit. Nam pro eius amore subiit carcerem et mortem sustinuit. Et sicut Christus sponsus eius fuit nudus flagellatus sic et ipsa fuit nuda cesa. Dicere potest igitur illud Cant. ii° Sub umbra illius quem desiderabam sedi et fructus eius dulcis gutturi meo. Umbra est amplexus sponsi, sedere est quies eterna, fructus

a visio quia ipse xpc dixit ad eam Osee xiiii Ex me fructus tuus
scilicet me vide me amare et in me delectari Certo fuit soror
xpi valde sibi conformis Cant. iiii vulnerasti soror cor meum et vulnus istud
non est doloris sed amoris quod xpc ad sanctam katherinam O soror mea
que voluntatem tuam voluntati mee conformas. a deo cor meum
vulnere amoris transfixisti ut te toto corde diligam et quicquid voluerit
faciam dicamus quia si voluntatem dei facimus ipse faciet vo-
luntatem nostram nos exaudiendo et ad vitam eternam perducendo. Unde quia
hec sancta fecit voluntatem xpi. xpc viceversa fecit eius voluntatem Nam legitur
de ea cum rotae horribiles ferreis clavis acutis facte essent
hoc ordine ut duo volverentur uno ordine. due vero contrario agerentur
hoc ordine ut due deorsum repugnantes due vero sursum precipientes
impetu et due deorsum repugnantes que vero sursum properantes
dilacerarent inter quas pendula esset ut membratim decerperetur
ipsa orationem fudit et statim angelus domini rotas illas tanto
concussit impetu ut quatuor milia gentilium necaverunt Ecce quod
paratus fuit xpc sanctam suam exaudire. Libenter ergo eam honorare
debemus pro nobis oret Nam legitur de ea quod cum deberet decollari fudit
orationem inter alia dicens Fac domine de ancilla tua hanc mag-
nam ut quicumque in laude et gloriam tuam passionis mee memoriam
egerit sive in exitu mee sive aut et in quacumque angustia
dolorum obtineat precatorum effectum Et vox de celo. Veni
electa mea et ne sollicitata de hiis que postulas Nam
omnibus qui passionem tuam devote celebraverunt et qui in periculis
et necessitatibus te invocaverint optata presidia et ipse celorum de celo
eis promitto. Certo fuit filia xpi. ad celestem hereditatem deputa-
ta. Unde xpc ad eam in psalmo Audi filia et vide et inclina
aurem tuam et Audi quanta sit in celo iocunditas ut concupiscas
Vide quanta sit in mundo stabilitas ut spernas Inclina aurem
tuam ut discas quanta sit in me bonitas et liberalitas ut in
firmas. et obliviscere populum tuum et domum patris tui in contemptu temporalia
et concupiscet rex decorem tuum et ego qui omnia concupisco decorem
virtutum qui est in te et ducam te ad celestia gaudia. Unde potest dicere
b. k. illud in psalmo. lxv. Benedictus deus qui me honorificavit in multis
honorificavit enim eam in undecim scilicet in sapientie et omnia congrue
et rotarum fractione. Et io dicit Benedictus deus

Sapientie plenitudine
Corporis pulchritudine
Oris eloquentia
Cordis mundicia
Gracie plenitudine
Disputacionis fecunditate
Angelorum custodia
Carceris pmasione
Regine et Porphirii conversione
Quinquaginta sapientum conversione
Peticionis concessione
Martirii coronatione
Eterna glorificatione
Oleum instratum rotas
In monte Sinai per angelos

qui in omnibus hiis me honorificavit in Ecclesiastico xxiiii
Ecce qui audit me non confundetur. Immo quia
elucidat me vitam eternam habebit Ecclesiastici
xxiiii Et nota quod dignitas eius usque hodie valde
late in mundo diffunditur Unde eciam de ipsa
dicere potest Judith xiii Benedicta tu deo
deo tuo in tabernaculo Jacob quia in
omni gente qui audierint nomen tuum
magnificabitur super te deus Israel Utique ista
virgo benedicta est in tabernaculo quietis
ad confirmationem sententie eius alia verba in-
veniuntur quia tam greci quam latinis
hymnis et multe barbarie de ea zelis[?]
sepulta Et nota quod quedam privilegia

deus in morte sanctorum suorum precipue preculauit que omnia in morte b. katherina
dedit videlicet scilicet

xpi visitationem
spiritualem affectionem
petitionis exauditionem
celestis ianue apertionem
angelorum accessionem
lactis emanationem
diuine lucis coruscationem

Primum pulcherrimum est xpi visio. et illud fuit in Joh. Ewangelista
ad cuius exitum xpus cum discipulis venit. et illud spiritualiter
in b. k. fuit. quia cum esset in carcere xpus cum
multitudine angelorum venit et ad eam descendit
et hoc attestatur pulcherrimus spiritualis amoris. quia non
xpus Johannem et katherinam spiritualiter dilexit amore.
Ideo ad eos spiritualiter in morte venit Joh. xiiii°
Si quis diligit me etc. usque ad eum veniemus
Secundum est spiritualis affectio istud fuit in Magdalena que spiritualibus
affectionibus pascebatur. Istud etiam fuit in b. k. cum in carcere existens
per columbam deus cibum ministrabat. et illud attestatur contemptum mundane
delectationis quia hec delectationes carnales contempsit ideo celestibus
delectationibus pascebatur. Simile est quod quamdiu filiis israel defecerat
farina de Egypto. tamdiu receperunt manna de celo. Tertium est
petitionum exauditio. et istud fuit in sancto Blasio et in sancta
Margaretha que in passione sua deum rogauit ut quicumque nomine
ipsorum aliquid peteret obtineret. Istud etiam fuit in b. k. que quicumque
peterent impetrarent. et istud attestatur sue magne sanctitatis. psalmus
Clamabit ad me et ego exaudiam eum. Quartum est celestis ianue
apertio. et istud fuit in beato Stephano qui celos apertos vidit
Istud etiam fuit in b. k. Cum vox de celo dixit veni dilecta mea
...tibi celi ianua aperta est. et istud attestatur sue magne perfectionis.
Celum enim aperitur viris sanctis et perfectis. Et ipsa fuit
valde perfecta ... et suo sanguine baptizata. Quintum
fuit angelorum accessio. et hec fuit in beato Martino. Ad cuius
obitum angeli accesserunt. Istud etiam fuit in b. k. cui in morte
angeli obsequia prestiterunt. et istud attestatur sue virginitatis
quia angeli nati sunt virgines. ideo cum ipsis libenter morantur.
Ecc. xxvii° volatilia ad sibi similia conuolant. Sextum est lactis ema-
natio. et istud fuit in beato Paulo. Istud etiam fuit in b. k. que
pro sanguine lac dedit ... de quibus Tren. iiii°
... lacte. Septimum est diuine lucis coruscatio. et hec fuit
in beato Petro in cuius morte magna lux emicuit. et cum ipsa
luce anima in celum ascendit. Istud etiam fuit in b. k. que cum
fuisset in carcere tenebroso inclusa magna claritas ipsum repleuit.
et istud attestatur sue lucide fame et conuersationis.
Cant. iiii° O quam pulchre sunt gressus tui in calciamentis. de aliis ... pri-
uilegiis in sequenti sermone. Ipsa est virgo omnibus ... eam et
gratiis. Ideo ad ipsam confugientes dicamus illud canticum
... Surge virgo et ... sponso aperi tua vox est
dulcis in aure domini. que pausas sub umbra dilecti ab estu
... nos ad amena gaudia paradisi ad que nos perducere di-
gnetur [?] ... sunt. Sermo de eadem



Gene tue sicut turturis collum tuum
Cant. i. Tema domus b. katherina
honorificauit corpus pulcherrime ut
... in sermone ... ideo thema
pro ... sermone assumpsi pulcre
... sunt etc. Ex cuius thematis

Dicit no. q duplex e pulcritudo sz viciosa Gen vi° videntes filii
carnal' et virtuosa primo carnali et vi dei filias hominum q erat pulcre
moral' et virtuosa elegerunt sibi uxores etc 2° moral' et virtuosa Exo
xxviii° Vestis erit de iacincto pulcra varietate contexta / Circa primum no-
q pulcritudo carnal' e vana et fallax deceptio et transitoria prov xxxi Fal-
lax gra etc ut in preceti sermone Et vere fallax patet ex corruptione quia
celeriter deficit primo quia celeriter deficit prout quod comparatur flori ysa xl°
dapnabiliter inficit consultatum e fenum et cecidit flos et decor
ria ad nichilum efficit eius vultus deperiit nam sic flos sz apparentiam
turbiliter decipit sed debilissimus existens quia sic modico calore
et tunc a toto sua pulcritudine spoliatur sic decor corporis licet appa-
rentiam habeat quia diu vivit et maxime in iuventute e flo-
ridus et formosus qui tamen siccatur in senectute vel morte statim
fit hispidus et rigorosus Job xviii° Devorat pulcritudinem cutis
eius et consumat brachia eius primogenita mors / Secundo quia e
dapnabiliter infectiva et inficit sz proprium subiectum per vanam gloriam
et subiectum alienum per malam concupiscentiam / De vana gloria certum est
quia ut dicitur omnis persona gaudet videri et de pulcritudine
commendari Unde illud poeticum Delectat castos et prona fore
pavo sicut in libro de natura rerum dicitur In plumarum suarum pulcritudine gloriatur
gaudet quod cum secrete ab hominibus inspiratur / et exinde sibi est
ad rotam faciendam et caudam dilatandam / et ad ipsam plumarum
pulcritudinem ostendendam sensibiliter excitatur et quando plus de nocte singularis
Et propter tenebras plumarum suarum pulcritudinem non videbit suam
pulcritudinem amisisse credens subito clamat et contristatur et ipse
plumarum desolatur / sic multi sunt qui quando se sciunt plumas pul-
cras / exteriores corporis pulcritudinem habere gloriantur et videri ab hominibus
delectantur Et ad literam ut magis in eis appareat quod pulcrum
e solent rotam et pompam facere et caudam presumptionis pom-
patice ducere / et totam suam pulcritudinem aliis dilatare exemplo
regis Assueri qui gloriabatur in pulcritudine Vasti uxoris sue iussit
eam venire ut ostenderet populis et cunctis principibus pulcritudinem
ipsius Hest 1 Et plus e quod tales se nolunt contineri videre et
ideo si quando sunt quod se non speculantur et inspiciunt totum
se perdidisse formam credunt / et proinde amisisse pulcritudinis gemunt
De hic etc xliiii° Ascendit de silva Iordanis ad pulcritudinem
robustam Con tales et similes / Absit ut aliter color comparabilis
sit ut ne tunica eius vanus quod cum fuerit perfecte cessarent tingere fa-
ciem vigere genas per colore / fallax enim et vana gratia e pulcritudo
et omnis caro fenum / et non inficit proprium subiectum per inanem
gloriam immo et alios per luxuriam / quos sua pulcritudine allicit
et eos per mala exempla et desidia vulnerant et occidunt
3° quia e ad nichilum perfectiva Nam de ipsa penitus nullum
recipit comodum / sed potius incomodum anime / pz quia quanto
isti qui sunt ceteris pulcriores fuit nequiores pz in primo angelo
qui in suis naturalibus fuit pulcerrimus et e factus nequissimus Ezech
xxviii° Eo quod elevatum e cor tuum quasi dei ecce adducam super
te robustissimos et nudabunt gladios suos super pulcritudinem
tuam sapientie tue / et sequitur perdidisti sapientiam in decore tuo patuit
et in Absolone ii Re xviii° qui corpore pulcer erat / et
spualis nequam fuit anima et quasi proximum insurrexit etc Quarto
quia e turbiliter dapnativa Nam multorum peccatorum

ē cam̄sa · et occasio ⁊ finalit̄ multorum tormentorum Catti cum in
pulchre pellis silvestris efficit · et quando pellis pulchre venditur
sic sepe fit q̄ ho silvestris et luxuriosus efficit · dum ī sue
pell' pulchre ḡdata est q̄uapp̄t finalit̄ ī inferno vendit̄ / sua q̄z
pelle ⁊ pulchre spoliat̄ · Jere iiͦ · vendit deus q̄ nisi pulchrum est
bestia pulchdo ē moral' et v̄tuosa · et d' ista unica Thema loqͣ
In cuius v̄bis oñdit̄ q̄ sic ho corpa⁹ d̄t pulchre q̄n l̄z pulchram
faciem · pulchros oc'os · pulchrum collum · pulchrum ornatum · et ad sp̄u-
alem pulchrem req̄rit̄ pulchdo facie ī g̃r̃e · pulchre ung̃ s̄t gene
Et nō q̄ ho volt q̄rit̄ s̄ volt sequi xp̄m ut v̄ificet̄ thema
d' ipso debet habē · Primo c̄r̄ n̄iz unica d̄z h̄re pulchre fuoli
pulchritudinē decoris ⁊ caritatis ⁊ caritatis ut dicere possit Ecc' xxiiijͦ Ego
dulcoris ⁊ pietatis · mat' pulchre dilectionis et agnicionis · et
vigoris ⁊ firmitatis · s̄te sp̄ei · 2ͦ pulchre decoris ⁊ pietatis
pulchre · claroris ⁊ vtatis · Can̄ iiijͦ quam pulc̄e s̄nt mamme tue
vigoris et equitatis · soror mea pulchra sunt ubera tua vino
ornatus et venustatis · et odor unguentorum tuorum sup̄ omnia aromata / 3ͦ pulchrem
et odor unguentorum tuorum sup omnia aromata / 3ͦ pulchrem
vigor ⁊ firmitatis · Ecc' xliijͦ altitudinis firmamentum pulchdo eius
certo claroris et vitt̄ s̄ v̄tute q̄fessionis p̄sting · confessio et pul-
critudo eius s̄timonia et mag̃ · ec̄ · certo p̄l · vigor et equitatis
Ecc̄ xxvijͦ · Vendicat tibi pulchdo iustitie eius exponit aug' et
iustitia ē pulchdo cum qua placent homines pulc̄ sunt q̄uis sint
deformes corpore · Sexto p̄l · ornatus ⁊ venustatis · Sicut cum aliqua
animalia sunt quorum pell' ē sic pulchra · q̄ ad sui aspectum inui-
tant omnes homines / oculos aliorum aculum · sic d' de panthera
et pardo sic nos ita deum̄ h̄re q̄usacos pellem pulchram ⁊
ad imitationem suam omnes alios inuitare ut dicat̄ d' nobis
Dan̄ iijͦ folia eius pulcherrima ⁊c ⁊ Jere iiijͦ Candidiores niue
nitidiores lacte ⁊c · Ecc' ē q̄ mutos q̄ui q̄usationem h̄nt ita
horribilem atq̄ turpem ut nō sint digni ab aliis videri nec
imitari / Multi ec' sunt q̄ monilibus suis q̄usacos in superbia
abiciunt̄ / sic sunt yppocrite qui in eis gaudent · unde illo Ezech' xvijͦ
monilia sua in superbia posuerunt · tribus domus imitat̄ Ysa' c̄ iijͦ
pro eo q̄ exaltate sunt filie syon et ambulauerunt extento collo ⁊c
se' auferret dominus ornamenta armilla monilia ad p̄positum
igr̄ thematis et festiuitatis p̄ntis videndo · dico q̄ ad spūalem
pulchrem expedit habē · Primo d̄z nos h̄re pul · fa · s̄timonia
pulchram faciē s̄timonia q̄sc̄ie · q̄sc̄ie · pulchre sunt nisi gene tue
pulchros oc'os limpitudinē sapie · quia q̄sc̄ia ē facies hominis in-
pulchrum collum recti⁹ue elloquntie · terior · que munda et pulchra d̄z
pulchra monilia exterioris q̄usacons · esse nam macula in genis d̄z esse
nam macula in genis ⁊ facie indecentior ē q̄m alibi / et intue-
tibus ē magis nota / sic peccatum q̄n sunt in q̄sc̄ia apud deum magis
sunt indecentia ⁊ plus deo ⁊ angelis manifesta Jere iiijͦ · denigrata
ē facies tua sup̄ carbones ⁊c · Nau iiͦ facies eorum sic nigredo
olle · pulchra igr̄ et munda debet esse ista facies ut possit s'
dici id Hest' iiͦ pulc̄ra es nimis et decora facie Can̄ iiijͦ pulc̄
es amica mea suauis ⁊ decora · Et nō · q̄ illi qui in signo virgi-
nis nascunt̄ ut q̄rit̄ decorantur / sic illi qui signo virginis scilicet tatherine
sunt deuoti et nutriti sunt ut q̄rit̄ pulchre faciei ī pulchritudine
q̄sc̄ie decorati Can̄ iiijͦ pulchra es amica mea ⁊c ⁊ sequitur
sic cortex mali punici gene tue / hoc Ecc'ia innuit de ipsa
cantans sp̄e decora nimis emicuit · s̄z fide pulchra sponso superno

placuit / 2o b. v. huit oc(u)l(o)s pulcros lapiditate sapie(n)cie h(ec) canit(ur) c(um) d(icitu)r
oculi tui / oculi enim pulcri multum sunt int(er) alias pulcritudines re-
putati / hec enim virgo huit oculos intell(e)c(tu)s decoratos / sapiencia illustra-
tos / vn(de) de ea canit(ur) / victrix sapiencium s(cilicet) sapi(enci)a divina cant(ica) iiiio
ecce tu pulcra es amica mea oculi tui columbarum turturis iugit(er)
Turtur enim h(abe)t oculos pulcros et gemine gemit / et e(st) avis castissima
sic ista virgo h(abe)t oc(u)los sapie(n)cie pulcros ita ut om(ne)s mundi sapientes
ei resiste(re) / et ipsi(us) sapie(n)cie admirari no(n) potuerunt / c(um) a maxe(n)cio qu(in)quo-
cati c(um) ipsa disputarent / ut in l(egend)a eius canit(ur) h(ec) quinquagenos oratores
supatos dirigit ad celos / vn(de) d(e) ipsa c(on)g(r)ue p(otes)t dici illud gen(esis) xlixo
pulcriores sunt oculi eius vino / et dentes eius lacte candidiores
fuit et castissima / vn(de) maluit subire mortem q(uam) consenciendo im-
peratori virginitatem perdere / ideo ut d(icitu)r ea (quasi) lilio pulcritudine caloris eius
admirabit(ur) oculus / 3o habuit eloquentie pulcritudinem / et h(oc) ostendit(ur)
c(um) d(icitu)r collum tuum / nam in collo formatur vox / sic ista astans
coram imperatore formavit v(er)ba divina et ornatissima / que ipse
audiens dixit / si philosophorum uxorem c(on)g(r)uassis predixisses / decor(um)
uxorem honore nimia no(n) fuisses / vn(de) de ea in figura d(icitu)r cant(ica)
iiiio / cum pulcra es amica mea eloquium tuum dulce / in hoc
eam sequi debemus et h(ab)ere v(er)ba ornata et honesta / gen(esis) xlixo
neptalim ceruus emissus dat eloq(ui)a pulcritudinis / contra q(uod) multi
delectant(ur) in v(er)bis turpibus / sim(i)les porcis qui se libencius volvunt in
luto q(uam) in auro / 4to h(ab)uit pulcritudinem ornatus et venustatis
c(um) d(icitu)r monilia / monilia enim sunt exteriora
corporis ornamenta exteriorem c(on)versacionem significancia / vn(de) canit(ur) de ea
ap(ostolus) et flagrancia virtutum oromata p(ro)ut in
flagrat odor dulcis / h(ic) ve(ro) c(on)dicionibus fuit b(eata) k(atherina) cordialiter amata
predicti sermonis dixi / vn(de) tam pulcra fuit amica Christi / ideo p(otes)t d(e) ipsa ex-
et macula in ea no(n) fuit integraliter purgata / eligitur ei q(uia) b(eata) katherina fuit
poni illud hester iio pulcerrima feminarum / affuit et h(ec) virgo int(er) om(ne)s sanctos
sanctitatis decore fulcita / pulcerrima / maioribus et pluribus privilegiis
pietatis dulcore rodda(?) / mulier / eligit(ur) ei decorata a Christo sponso suo / qua
dignitatis honore splendida / ornat(ur) q(uam) v(ir)g(in)itate aloo(?) c(um) nicolao /
ter sancta erat s(cilicet) c(um) / lacte c(um) paulo / oracionis exaudi-
Iohanne bapt(ista) / i(n) visitac(i)one / cio(n)e c(um) margaretha / et special(i)
cu(m) Silvestro / victoriosa d(e) pugnacione / vocacione c(um) Iohanne evangelista dicente
Clemente / sepultura ab angelis p(re)paracione / veni coronaberis / quia que po-
sibi sponso cant(ica) i / veni electa mea / salui erunt / no(n) e(st) go(?) p(er) te / q(uia) ad
stulas obtinuisti p(ro) quibus oras / et nos ipsi(us) meritis
eam deuenimus et sponsus suus no(n) exaudiat
virginitatis c(on)serat / quod h(ab)e(mus)

De novo sacerdote

Ceterunt sacerdotes induti stolas cum
tubis i(n) esdre vo / hodie s(er)mo nob(is)
e(st) d(e) sacerdotum dignitate que precellit
cunctis mortalibus honore / ideo ita
h(abe)t nomen c(on)siderand(um) / q(uia) h(ic) non sacerdos
e(st) nomen officii / p(ro)p(ter) q(uo)d divinis offi-
ciis quibus deputat(ur) / et ad exequend(um)
cultum divinum dedicat(ur) / p(er) sacerdotes
enim p(otes)t intelligi om(ne)s illi q(ui) sunt
in eccl(es)ia divino cultui deputati /
sic sunt subditi sive prelati / sacerdos
enim ethimologizat(ur) / sacer dux / sacra
dans / sacra docens / q(uia) talis d(e)b(e)t esse s(cilicet)

d(e) novo sac(erdote)

Sacer dux } vite sctam quasationem } Primo dz esse sacer dux quia
Sacra dans } scilicet } sacramentorum ministrationem } hic exemplaris alios duces ut R(egum) viij
Sacra docens } scilicet } scripture doctrine predicationem } Elegi te ut esses dux super populum
meum israel. Ergo dz sancta vite pollere per quam ducat alios, sed ut dicit Zach(arie) xj eundo
in pastura diuinorum eloquiorum induceret gregem diuinum pastor ydiota
Et de hic ysaie xxxij tamen duplex de ydiota Stultus enim fatua loquetur
per quam intellige de sacerdote et prelato. Princeps autem que digna sunt
principe cogitabit et ipse super duces stabit que sunt illa ait psalmus
In lege domini voluntas eius. Malach(ie) ij Voluntatem in lege habentes.
Secundo est sacra dans quia debet alios sacramentaliter pascere Act(uum) xx
pascite qui in uobis sunt gregem. 3o dicitur sacra docens quia habet alios
spiritualiter instruere Malach(ie) ijo labia sacerdotis erudiunt plurimos et
legem exquirunt ex ore eius. Et ideo assumpsi thema pro informa-
tione et recommendatione istius dignitatis Steterunt sacerdotes habentes sto-
las etc. In quibus verbis sacerdos describitur triplicit(er) scilicet quantum ad

ad } Interiora } scilicet } operis honestatem } Primo in istis dicit esse cordis puritas conscientie
Exteriora } } cordis puritatem } et innocentie sanctitas et hic ostenditur
Ulteriora } } ad vbi viterum } cum dicitur Steterunt sacerdotes, et perseue-
rantia perseuerantie debent esse fide et moribus stabiles et perfecti. Sacerdotes duces, et tunc dicitur Steterunt
Ad quod requiritur quod

a Maneat stabiles per mentis firmitatem
b Horreat mentaliter mundi prosperitatem
d Polleat sinceriter per carnis castitatem
e Fulgeat moraliter per vite sanctitatem
c Pareat sapienter prauorum societatem
f Arceat viriliter regnum iniquitatem
g Subeat carnaliter generaliter penalitatem
h Defleant vnaliter culpe malignitatem
g Teneat realiter cibi sobrietatem
i Prebeant vtiliter exempli vitam
k Habeat humiliter orandi voluntatem
l Videant stabiliter status sublimitatem

Iste ergo sunt xij conditiones que
in sacerdote requiruntur ad hoc
quod spiritualiter possit esse sanctus
Primo debet per mentis firmitatem
manere quia dz esse firmus
et stabilis in moribus et in fide
Iuxta illud Exo(di) xxix Erunt
sacerdotes mei in religione
perpetua. In eternis etiam
finis debent personaliter
resid(er)e non vndique diuagare
2o Horrere mundi prosperitatem quia
scilicet isti debent habere in mente
Bona paradisi non bona huius mundi. vnde Deut(eronomii) xviijo dicitur. Non ha-
bebunt sacerdotes et leuite hereditatem in Israel populo et sequitur Dominus
enim ipse est hereditas eorum vnde Num(eri) x R(egum) xij prohibiti sunt sacerdotes recipe-
re terras. 3o debet tenere pernaz sinceritatem vnde Leuit(ici) xxjo precipitur
quia sacerdotes ad mortuos non accedant nec contaminentur in
mortuis. Quarto debet pollere per carnis castitatem. Nee(mie) xijo munda-
ti sunt sacerdotes et leuite et mundauerunt populum. Quinto debent fulgere
per vite sanctitatem. I Paralip(omenon) xvo Sanctificati sunt ergo sacerdotes et leuite.
Sexto debet arcere principum iniquitatem. ij Paralip(omenon) xxvjo Sacerdotes
domini restiterunt regi. Septimo debent sustinere penitentie asperitatem. Iudith
iiijo Induerunt se sacerdotes ciliciis. Figura ij Paralip(omenon) iiijo vbi
dicitur quod sacerdotes in mari lauabantur, mare enim amaritudinem penitentie
significat. Octauo debet deflere culpe malignitatem, culpam
enim suam debent deflere per compunctionem. Ioel 1o plangite sacerdotes
vlulate ministri altaris et culpam aliorum per compassionem. Ioel ijo
Inter vestibulum et altare plorabant sacerdotes et ministri domini dicentes
parce domine parce populo. Nono debent tenere vite sobrietatem. Ezech(ielis) xliiijo
vinum non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius. De-
cimo debent prebere exempli vitam. Deut(eronomii) xvijo Accipiens
exemplar a sacerdotibus leuitice tribus. Vndecimo orandi voluntatem

debent hre p machi 1o Sacerdotes aut psallebant ympnos usqz quo consup
tum e sacrificium / Duodecimo debent hre sublimitatem / et attende sui status
eminentiam 1 pe 2o vos estis genus electum regale sacerdocium gens sancta
pplus adquisicionis / Sacerdotes sunt que faciunt sacerdotes 1 sacros duces
sanctos doctores sacrorum datores / Tercio dico q in ipsis apparentie esse
debet et evidentie splendor quod ondit eum dr stolas stola vero q nobil
vestis quam sacerdotes debent hre vestes 1 exteriores conversaciones nobiles
honestas / honesta enim conversatio summe requirit in sacerdote / quia sic illa
que liberius parant et ornant que visibus intuentium pueri expo
nuntur / et que homines liberius intuentur et inde q ubies solent melius
et preciosius solent facies suas ornare ad quas sciunt visus intuentium
aspirare / Sic sacerdotes cum sint in Ecclesia signaculum / sic spectaculum
et sic miraculum / Ideo eorum mores et vitam respiciunt vulgi / necesse est
q sit bonum solentur / et q honesta conversacione et virtutum multiplicacione
multi adornentur / et stolas in qt vii 1 Esdre 1 Statuit sacerdotes
p vices dierum stolis vestis indui / et ut sic sacerdotes signantur in xxiiii or
senioribus de quibus apoc iiii Et sedebant sup tronos amicti stol
albis / Inveniuntur enim bine stole / prima e stola e gra que datur
filio prodigo redeunti luc xv o Citto proferte stolam primam et induite
eum Secunda stola e gla que datur bone anime de corpore exeunti
Ecci xlv o Stola glie induit eum / et iste sunt bine stole Joseph
quibus induit fres suos Gen xlv o ubi dr q fecit singul
stolas binas / Benyamyn vero dedit quinqz stolas optimas In generali
enim dantur bine stole sz gra in pnti in futuro gla In speciali
aut tribuuntur quinqz stole 1 quinqz sensus corporis consumpto corpore glorificantur
plenius gla dotabantur et tunc implebitur qd dr apoc vii o vidi
turbam magnam amictos stolis alb et palme in manibus
eorum / et videtur q p stolas 1 p vestes sacerdotales possunt intelligi
virtutes que requiruntur ad ornandam conversationem sacerdotis / et et
quia licet homines ... vestes vero sacerdotis sunt iste sz lanea inter
q dr tunica linea exterior que dr alba cingulum amictus stola
manipulus casula et sic istas vii ego invenio stolas spirituales
vii sacerdotum sz stola 1o e linda stola puritatis et innocentie 1o
puritatis et innocentie / Stola p o et ista e prima vestis linea que nig
humilitatis et patientie / prius et a viris Ecclesie
castitatis et continentie / et an omnia e linda
caritatis et amicitie / Stola bissina induenda vii 1 R 6 vio dr q David indutus
humilitatis et obediencie / saltabat cum archam Bissus
stabilitatis et perseverantie / cum species lini candidissimi / Et Ezech xliiii o
finalis felicitatis et affluentie / vestes lini sacerdotes et levite lineis in
... / quia ipsi debent esse casti
... / ne dicatur eis illud Ecci xlvii o Inclinasti femora tua mulieribus / posuisti maculam in gla tua / gla
... 2o e linda stola pacis et humilitatis et ista
sacerdotis e in ... quod portant omnes
signatur p amictum qui e ornamentum humerorum ad hoc q possit humilia
et ornat homines ad hoc q possit simula
eterna patria minuit et ornat homines ad hoc q possit humula
conviviam sustine Isa lxiii o Iste formosus in stola sua gradiens
in multitudine fortitudinis sue iii R viii o Tulerunt sacerdotes et
portaverunt archam dni / 3o e linda stola castitatis et continentie
et ista signatur in veste linea superiori que dr alba que
ita debet esse lata et longa ut pedes attingat / quia casti
tas debet se extendere usqz ad pedes 1 ad affectus interiores / Et
non sufficit Castitas corporis si non adest castitas mentis / qd e contra
ypocritas qui istam stolam hnt exterius in corpore sed non in corde
Math xii o Cavete vob a scribis qui volunt ambulare in stolis
sz superius et non intus / Ideo de stola perfecte castitatis pt dici Marci
xvi o Viderunt iuvenem sedentem in dextris coopertum stola candida

Et obstupuerunt q. d. Stupor est vide iuvenem angelicum stola castitatis
indutum. Quarto stola castitatis et munditie et ista signatur in cingulo quo
pectus sacerdotale debet stringi. Amor enim est vinculum colligativum copulativum
et cingulum amplexativum. Ita ergo dicit Eccl. xxvi. cingi quod deo et proximo
debent caritatis amplexibus inniti. Quinto stola humilitatis et obedientie
et ista signatur in stola qua ligatur collum sacerdotis que designat Christi
iugum suave et onus leve. Ecc. vi°. Torques illius in stola glorie.
Sexto stola stabilitatis et perseverantie et ista signatur in manipulo
quod ponitur in sinistra manu quia in sinistra adversitatis necessaria est
perseverantia ne succumbat. Unde et in impositione manipuli
dicit Episcopus Accipe manipulum ministerium tuum imple. De hac precepit dominus
I Machabeorum xiiii°. Iuvenes induebant se stolis belli. Nam perseverantia
est illa stola que summe necessaria est in bello. Septimo stola finalis
felicitatis et affluentie signata per casulam que est superior et
que ut plurimum fit de pannis aureis et sericeis quia stola eterne
glorie est aurea splendens. Istam stolam donavit suos milites post
triumphum passionis. Apoc. vi°. Vidi sub altare dei animas interfectorum
quas propter verbum dei et date sunt eis singule stole. Sed ut decen-
tius ad ea et cum maiori devotione ad sacrosancta missarum
solemnia accedamus. Ad presens missam audiamus. Hic dicam mo-
dicum quid significet missa et quid tam sacerdos quam missa
representet recitando valet et exponendo. Dico primo quod sacerdos amictum
capiti imponit, qui amictus operiens caput significat quod Christus
divinitatem in humanitate abscondit. 2° induit albam mundam et
longam significans Christi magnam munditiam. I Petri ii°. Qui peccatum non
fecit etc. Hanc munditiam habuit, servavit et in baptismo tribuit. 3°
cingulum qui castitatem seu virginitatem duplicem suam et matris sue
quam alii non habent exaltat. Quarto stolam super collum ad cor ante
pedes usque dependens est obedientia Christi voluntaria
pro nobis. Quinto manipulus in leva est humilitas Christi in presenti
vita. Sexto casula caritatem inenarrabilem significat.
Introitus quem chorus canit desiderium antiquorum patrum
scilicet prophetarum regum et ceterorum fidelium significat clamantium
et dicentium Ysa. xvi°. Emitte domine dominatorem terre de
hoc dixi in primo sermone in adventu. Et quod dicitur bis introitus
significat quod desiderabant ut veniret ipse Christus deus et homo. Kyrion
[...] dicitur quod natus est Christus ut nos ad choros angelorum revocaret
[...] domine miserere. Ac si diceremus sancte pater qui filium
misisti ut ex virgine nasceretur miserere ut in choris angelorum
ponamur. Et sequitur Gloria in excelsis deo quod angeli in nativitate
domini cecinerunt Luce ii° q. d. Gloria in excelsis deo quod hodie venit
liberare homines demones spoliare angelorum ruinam restaurare. Ergo
gloria in excelsis deo. Et in medio stans sacerdos qui cantat Gloria in
excelsis deo quia Christus natus est in gaudium cum populo. Luce ii°. Il-
luminata ad utrumque latus accenduntur quia in nativitate Christi novum
lumen illuxit angelis iudeis et gentilibus stella. Num. xxiiii°. Ori-
etur stella ex Jacob etc. Math. ii°. Vidimus stellam eius in oriente.
Orationes significant quod Christus cum in terris esset multum pro nobis orabat
dans nobis exemplum nostrum orandi. Epistola que premittitur Evangelio
predicationem Johannis significat qui preivit ante faciem eius parare
vias. Epistola quandoque de veteri quandoque de novo testamento legitur, quia

cum Antiquis Johannes predixit venturum qui post me venit ante
me factus est etc. Et eo modo sue apostoli ipsum ostendit presentes dicens Ecce
Agnus dei Sequitur Graduale quia pro predicationem Johannis quidam ex
discipulis suis eius duo Et sequitur Alleluia quia apostoli qui missi fuerant
videntes mirabilia et laudabilia quia ceci vident surdi audiunt
etc. Mathei xi° Ewangelium significat predicationem xpi quod in lectura legitur
Palia et baculos deponimus caput nudamus faciem signamus et
Evangelium stamus que in epistola non facimus quia neque in veteri neque
in novo testamento quisquam sic predicavit Johannis vii° numquam sic locutus est homo
sicut hic loquitur nec mirum si de ore dei quod docet angelos stare quod eciam
et terram formavit verba bona et dulcia procedebant eum pectore dul-
cia quis proponat Ideo digne capita nudamus quia eum predicant
nudam veritatem Ideo baculos deponimus ne alios per lede velimus
procedamus Credo in unum deum quia quod predicavit credere debemus
Sequitur offertorium Nam ex melliflua xpi predicatione multi se pro fidem
et proprias animas obtulerunt Nam ex uno simon magus propter civitatem
Sychar credidit Regulus cum omni domo sua Johannis iiii° Et alii
infiniti Et sic sacerdos gaudet de mistice offertorium sic et xps in
mistice penitentium Luce x° Reversi sunt septuaginta duo etc. Si-
lentium post offertorium significat latibulum cum passionem Hic incipimus
memoria passionis sue cum passionem propinquam xps tres annos et
dimidium fere predicavit uno aut die cum pascha suscitavit lazarum
ut patet Johannis xi° et multi crediderunt in eum ex Judeis Collegerunt
ergo post hec pontifices consilium etc. usque ibi Ab illo ergo die cogitabant interficere
eum Jhesus autem iam non in palam ambulabat apud Judeos sed abiit in re-
gionem iuxta desertum in civitatem que vocatur Effren et ibi morabatur cum
discipulis suis Dederunt autem pontifices et pharisei mandatum ut si quis cognoverit
ubi sit indicet ut apprehendat eum Ideo hoc silentium indicat latibulum
xpi Item alta voce cantatur prefatio et sic hic est tuba missa que
conveniat ad diem festum non audisse quia Jhesus venit ... arce
per ra pal etc. Mathei xvi° Sed ergo ter sanctus ... personarum
bis osanna propter duplicem stolam corporis et anime Sequitur secretum
silentium quod longum est et passionem ... usque ad mortem sed
Ubi intrat sacerdos in sancta sanctorum ubi quodammodo medius est medius
inter deum et hominem ubi ad verbum arduis occupatur Ita quod lingwa
dicere non sufficiat Dicam tamen breviter quod quedam que ibi sunt significant
orat sacerdos quiete deo pro ecclesia catholica pro domino spirituali et seculari
et pro aliis quibusdam absentibus et circumstantibus et pro defunctis
sanctos nominat dicimus sic nos propter peccata nostra non vis exaudire
saltem pro apostolis et martiribus et pro beata virgine ... et pro passione filii tui
quam sepissime rogamus exaudire digneris Inclinatio sacerdotis in-
clinationem xpi facit in oratione ubi ait apostolis Sedete hic donec
vadam illuc et orem et et vos orate ne intretis in temptationem
Luce xxii° Manuum extensio extensionem xpi in cruce facit sic significat
propheta dinumeraverunt omnia ossa mea Et levat hostiam oculis hominum
significat quod fuit oculis hominum in cruce elevatus quasi dicat sacerdos filius dei
qui deo patri semper placuit latus et vulnera sic iam tibi eum reputo
non ergo desperes peccator de misericordia futurum si vis videre Ite quasi dicat
Ecce filius dei qui sic pro te elevatus est in patibulo crucis Ergo
quicquid patiaris et tu sustineas patienter I Petri ii° xpus passus
est pro nobis nobis relinquens exemplum etc. Ite quasi dicat Ecce filius dei qui sic venturus

517

e Judicare manifeste vivos et mortuos. cui te racionem omnium oportet
reddere Eccl. ix° Interrogatio omnium in consummatione omnium est. ergo prepara
te per penitentiam et per bona opera vitam. Eccl. xviij° ante iusticiam para te
et ante iudicium interroga teipsum. et in conspectu dei invenies propiciacionem
Elevat voce et videndo dicit. nobis quoque peccatoribus per quod illud verbum
tuere et cetera In quo conversionem latronis significat cum clamavit. Memento
mei. Tunc toto corde converti debemus et veniam a deo et societatem sanctorum
postulare. cum sanctis ut saltem eis coniungantur. Ubi enim vita nostra pon-
derum. quis ad apostolorum et ad martirum premia potest pervenire Sancte
alta voce pro omnia secula seculorum. et per hoc significat quod Christus alta voce
clamavit moriens. Et si volumus scire quare alta et magna voce
clamaverit. quia voce et lacrimis. quia voce et sanguine. quia cum
eo cuncta clamabant Silentium quod sequitur significat mortem. et sepul-
turam custodiam apostolorum et notorum. De fractura hostie dixi late
Dominica iiij° Letare Et ideo cantamus gaudium resurreccionis fidelium et de limbo
patrum liberatorum significamus. Petimus vero Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis in
penitenti vita. secundo miserere nobis. in exitu nostro sed dona nobis pacem
in iudicio. Osculum datur. in signum pacis Christus cum dixit pax vobis
tunc sacerdos communicat in gratia digne annunciatur. Communio cantatur
quod designat gaudium resurreccionis mutuo sibi annunciant. Oratio fiat
quod in celis pro nobis orat reputacionem sue passionis Et postea iterum
se vertit dicens Ite Missa est. et populus benedicat significat quod veniat
ad iudicium et se nobis ostendet. et suis dabit benediccionem Et ideo dico
quod in ipsis sacerdotibus debet esse sapiencie et eloquencie plenitudo. et hec ostendi-
tur dicit Cum tubis per tubam enim in sacra scriptura intelligitur vox et pre-
dicacio. increpacio et comminacio prelatorum et sacerdotum Nam ad ipsos
pertinet tubare id est alios corrigere et eis predicare Et non quod predica-
tores sunt tube quibus spiritus clamat et sonat verbum dei Numeri x
Fac tibi duas tubas argenteas quibus convocare possis multitudinem
